Amr ibn Kulthum

7/6

Amrui ben kelthûm Taglebitae

MOALLAKAM

Abu abd allae el hossein ben achmed essûseni
scholiis illustratam

et

Vitam

Amrui ben kelthûm

e libro Kitâb el aghâni excerptam

e codicibus Parisiensibus

edidit, in latinum transtulit, notasque adiecit

Ioan. Gothofredus Ludovicus Kosegarten
AA. LL. M. PH. D.
Linguar. Orient. in univers. liter. Jenens.
P. P. O.

A. G. Ellis
Brit: Mus:
Mar. 27. '83.

Jenae
in officina libraria Croekeriana
MDCCCXIX.

Praefatio.

Antiqua Arabum carmina, quibus Moallakis nomen est, cum ex nobilissimis literarum arabicarum monumentis sint, viri docti vero, qui in Occidente linguae arabicae tractandae operam dicarunt, ad illustrandam Moallakam Amrui ben kelthûm multum curae non contulerint, hoc carmen in quo pro viribus elaboraremus dignum putavimus. Arabes autem in poëtica cum compositione multum valuerunt, tum ita etiam explicatione, ut ne eruditi quidem nomen hoc in genere studiorum quisquam iure sibi vindicaverit, qui in legendis iudicandisque scholiastarum, lexicographorum, grammaticorum Arabum scriptis minus versatus fuerit. Hanc ob rem non solum textum carminis Amrui ben kelthûm in publicum edendum censuimus, sed etiam id quod ad illustrandum textum congessit vir inter grammaticos Arabes locum haud infimum obtinens, Abu abd allah el hossein ben achmed essûseni; cuius scholia non nimis prolixa, neque nimis impedita in obscuriorum vocum significationibus investigandis, definiendoque meliori versuum sensu quantum subsidii parent, inter omnes rei literariae Arabum peritiores satis constat. Denique ut, quantum fieri posset, Moallakae auctoris vitam exponeremus, quae de fatis et rebus gestis Amrui ben kelthûm narravit Abul faradsch ali ben el hossein el isfahâni in libro celeberrimo Kitâb el aghâni, excerpere libroque nostro inserere a fine proposito non alienum duximus.

Indicandi vero fontes sunt, e quibus quae hic lectori offeruntur, hausimus. Textum Moallakae et scholiorum Susenii suppeditavit exemplum Sabbaghianum, a viro illustrissimo et fautore opti-

mo Silvestre de Sacy abhinc aliquot annis dono nobis datum, quod Michael Sabb'gh arabs Acconensis, vir quondam satis doctus, rebus humanis iam exemtus, transcripsit e codice Moallakarum Parisiensi, Nro. 1416; cuius codicis, a. H. 982. a Rebia ben solimàn exarati, praestantiam laudavit Silvestre de Sacy in libro: Notices et Extraits etc. tom. 4. pag. 309. In margine exempli nostri Sabbaghiani nonnullas notas, et lectiones ex aliis codicibus Parisiensibus depromptas benigna manu adscripsit Silvestre de Sacy. Cum textu exempli Sabbaghiani contulimus textum codicis Gothani, cuius prima pars exhibet Moallakas Lebidi, El harethi, et Amrui ben kelthûm, literis neskhicis exarata, secunda vero, eaque maior, carmina Amri el kaisi, Nabeghae, Alkamae, Soheiri, Tharafae, Antarae, literis magrebinicis satis inelegantibus exarata a Mohammede ben Atthaib ben mohammed ben esscharki a. H. 1131; haec pars codicis simillima esse videtur codici, cuius mentionem fecit Casirius in Catal. bibl. escur. tom. 1. pag. 71. Codex Gothanus primo ea auctorum carmina exhibet, quae memoriae tradidit El asmaïus, dein addit alia ab aliis ad posteros transmissa; e. g. in extremo primae partis carminum Alkamae leguntur haec: كمل جميع ما رواه الاصمعي من شعر علقمة بحمد الله ونذكر قطعا من شعره مما رواه ابو علي اسمعيل بن القاسم البغدادي عن شيوخه عن الطوسي الخ i. e.: "Absoluta sunt omnia quae tradidit El asmaïus carmina Alkamae, laudato Deo, exhibebimusque aliqua eius carmina, quae tradidit Abu ali ismaïl ben el kâssem el bagdâdi, tanquam sibi transmissa a praeceptoribus suis, qui ea acceperant ab Etthusio, etc." Singula carmina brevis expositio rerum praecedit, quae, secundum El asmaïum, Abu obeidam, aliosve, causam pangendorum carminum attulerunt. In margine et inter lineas tam Moallakarum quam caeterorum carminum notae, quae difficiliores voces explicant, adscriptae sunt literis magrebinicis minutissimis, mox nigris, mox rubris; notarum, quae ad Moallakas spectant, maior pars deprompta ex commentario Abd el kaderi el fâkehi, cuius nomen notis saepius adscriptum est.

Textus Moallakae Amrui ben kelthûm, sive singula verba, sive versuum dispositionem spectes, in multis discrepat a textu Suseniano, quorum quae maioris momenti nobis videbantur in notis nostris exposuimus. Quod adtinet ad vitam Amrui ben kelthùm, textum arabicum a nobis editum Michael Sabbàgh transcripsit e codice Parisiensi libri Kitâb el aghâni integro, cuius mentionem fecit Silvestre de Sacy in libro Chresth. Arab. tom. 3. pag. 50 sqq.; quo cum textu nobis rogantibus vir benignissimus Silvestre de Sacy alium contulit, quem exhibet fragmentum libri Kitâb el aghâni Parisiense, literis magrebinicis exaratum.

Quae in libro nostro occurrunt arabica, inprimis carminis versus, in latinum transferre voluimus simpliciter et presse, non vero periphrasi prolixa, scholiastarum sarta commentis exprimere, quod placuisse videtur multis, qui, mirabile dictu, in transferendis carminibus scholiastae dicta reddere, quam verba poetae transferre maluerunt. Eiusmodi paraphrases, e quibus quae sint verba poetae, quae verba scholiastae, et quae verba paraphrastae nemo facile cognoscet, ut nobis videtur neque tironibus subsidium parant, qui ut arabica facilius intelligant, legunt latina, neque aliis, qui linguae arabicae prorsus ignari e latinis ingenium auctoris arabis percipere cupiunt. Quamobrem, quae ad explicanda poetae dicta pertinent, non ipsis his dictis immiscenda, sed in notis tractanda esse putamus. Ipsa scholia Susenii eo consilio in latinum transtulimus, ut etiam iis, qui in legendis grammaticorum scriptis rudiores sint, aliquod subsidium ferremus. Quodsi occurrent in libro nostro, quae ab elegantia latina abhorreant, si modo literis arabicis colendis utilia sint, eruditos homines illorum veniam nobis daturos esse, speramus. Quas nos adjecimus notas, cum ad vitam tum ad carmen Amrui ben kelthûm spectantes, ut indulgentius excipiant lectores, rogamus; nam quo minus omnia, de quibus disseri potuisset in notis, tractaremus, prohibuerunt fines libro constituti

arctiores. Saepius etiam fassi sumus in notis, extare locos in textu arabico, et quidem inprimis in textu vitae Amrui ben kelthum, quorum sensum non satis bene perceperimus; quibus de locis si quis aliquid melioris in medium protulerit, humaneque nobiscum communicaverit, grato animo id accipiemus. Translationem germanicam adiecimus, quamvis rhythmicam at tamen adstrictam, ut qui eam perlustrarent lectores totius carminis argumentum et dispositionem uno in conspectu viderent. Dabamus Jenae, die XXIV. Iunii, a. r. s. h. MDCCCXIX.

Emendanda.

Pag. ٥ lin. 3 p. قتلا l. قتّلا
— ٤ — 8 — ني l. بني
— ١٢ — 6 — نسألُك l. تُسَألْك
— ١٣ — 8 — اي l. به اي
— ١٣ — 14 — هجانَ l. هجانِ
— ١٨ — 7 — اهلكتم l. اهلكتهم
— ١٨ — 15 — الخِطي l. الخَطي
— ١٩ — 6 — الرقابُ l. الرقابَ
— ٢ — 19 — يُرون l. يَرون
— ٢٤ — 2 — مدنين l. مدينين
— ٢٦ — ult. — يصففها l. تصفقها
— ٢٧ — 1 — تصففه l. تصفقة
— ٢٨ — 11 — رحنا l. رحن
— ٢٩ — 18 — وانا l. وأنا
— 5 — 25 — Udschlitae l. Edschlitae
— 17 — 20 — احجرته l. اجحرته
— 18 — 24 — لَهُوْة l. لُهْوَة
— 19 — ult. — hastus l. hastae
— 20 — 10 — اماعزٌ l. اماعزُ
— 21 — 14 — الجل l. الجد

Pag.	22	lin.	16	p.	forman	l.	formam	
—	26	—	2	—	مُدنون	l.	مَدينون	
—	28	—	2	—	N	l.	Ank	
—	29	—	6	—	سايغت	l.	سابغة	
—	44	—	21	—	لمتحدث	l.	المتحدث	
—	45	—	34	—	Hadsch	l.	Hadschr	
—	49	—	7	—	vox	*in*	delenda.	
—	49	—	29	p.	شرن	l.	شرب	
—	53	—	10	—	صرق	l.	صرف	
—	53	—	11	—	فزق	l.	فرق	
—	60	—	24	—	ينهدا	l.	تنهدا	
—	69	Z.	36	—	schlanke	l.	schlank	

Haec

depromta sunt

e parte prima libri carminum,

quem composuit

Abul farádsch ali ben el hossein el isfahâni; misereatur ejus Deus.

In nomine Dei miseratoris, misericordis.

Stemma Amrui ben kelthûm, et quae de eo traduntur.

Est ille Amrû ben kelthûm ben malek ben attâb ben ssaad ben soheir ben dschoscham ben habîb ben amru ben ganam ben tagleb ben wajel ben kâsseth ben henb ben aksa ben dooma ben dschodeîla ben asśad ben rebîa ben nesâr ben maad ben adnân. Mater Amrui ben kelthum est Leila, filia Molhalheli fratris Kolaibi; mater illius vero filia Baïdschi ben otba ben ssaad ben soheir.

Tradidit mihi Mohammed ben el hassan ben doreid, dixitque: narravit mihi El akali ben el abbâs ben heschâm, quae a patre acceperat; hic vero ea acceperat a Cherrâsch ben ismaïl, cui tradita erant a viro Taglebita, e familia Attâb oriundo, qui dixit: Ab El achdsar, qui genealogus erat, audivi haecce: Quum Mohalhel matrimonio sibi junxisset filiam Baïdschi ben otba, et haec ad eum deducta esset, peperit ei Leilam bint mohalhel. Tum Mohalhel dixit uxori: "Interfice eam!" Illa vero servum aliquem jussit, e conspectu patris filiam auferre. Dein, cum Mohalhel somno sopitus esset, quaedam vox ita eum allocuta: "

Quot juvenes exoptati,
Et principes pulchri,
Quantum agmen haud ignobile,
In ventre filiae Mohalheli!"

Expergefactus dixit: "O Hend, ubinam filia mea?" Respondit: "Interfeci eam." Tum ille: "Absit, per deum Rebîae!" et primus quidem ita juravit; "vera mihi tradas!" Itaque illa retulit factum. Mohalhel vero: "Optima, inquit, filiae subministres alimenta." Postea haec nupsit Kelthumo ben malek ben attâb; et cum praegnans jam alvo contineret Amruum ben kelthum, dixit: Adiit quidam me, somno sopitam, dixitque:"

Tibi, o Leila, filius erit,
Qui progreditur instar leonis,
Dschoschamida, pollens robore;
Loquor verba haud inania."

Peperit puerum, nomenque ei imposuit Amrui. Qui cum annum natus esset, dixit mater: "Adiit me noctu nuntius ille, quem novi, et digito puerum monstrans, dixit: "

Polliceor tibi, o mater Amrui,
Eum, qui avis illustris, nobilis ortu,
Et intrepidior jubato leone,
Vitiis carens, praeditus robore,
Dominaturus, cum annos expleverit quindecim."

Addidit El achdsar: Et re vera, sicut ille nuntiaverat, principatum obtinuit Amru, annos quindecim natus; obiit vero natus annos centum et quinquaginta.

Dicit Abu amru: Tradiderunt mihi Assad ben amru Hanefita, et Kerd ben essamî, aliique; et dicit Ebn el kelebi: Tradiderunt mihi pater meus, et Scherki ben el kathâmi: tradiditque nobis Ibrahim ben ejûb haec, quae ab Ebn koteiba acceperat: Aliquando Amru ben hend sodalibus suis dixit: "Novistisne arabem, cujus mater matri meae famulari dedignetur?" Responderunt: "Utique; mater Amrui ben kelthûm." Tum ille: "Et quare?" Dixerunt: "Quia pater ei Mohalhel ben rebîa, et patruus Koiaib ben wajel, arabum illustrissimi; et maritus ei Kelthûm ben malek, fortissimus arabum, et filius ei Amru; gentis suae princeps." Inde Amru ben hend, nuntiis ad Amruum ben kelthum missis, ipsum rogavit, ut se visitaret; et petiit ab eo, ut etiam matri persuaderet, matrem suam inviseret. Itaque Amru, Dschesîra relicta, cum agmine Taglebitarum Hiram petiit; quam etiam Leila bint mohalhel cum Taglebitarum pilentis accessit. Amru ben hend tentorium suum figi jussit in campo, inter Hiram et Euphratem sito, et proceres regni arcessivit. Accesserunt hi cum proceribus Taglebitarum. Dein Amru ben kelthum salutavit Amruum ben hend in tentorio suo,

adfuit etiam Leila; Hend vero in tabernaculo erat, ad latus tentorii fixo. Erat autem Hend amita Amri el kais ben hodschr poetae; mater Leilae bint mohalhel vero erat filia fratris Fathimae bint rebîa, quae est mater Amri el kais; itaque illae ejusmodi cognatione conjunctae. Amru ben hend matri dixerat, cum, servis dimissis, bellaria poposcerit, se ad famulandum invitaturum Leilam. Itaque Amru mensam strui jussit; atque comederunt. Cum vero ille bellaria poposcerit, dixit Hend: "Porrige mihi, o Leila, istam patinam!" Respondit Leila: "Quae indiget re, rem ipsa sibi curet." Iteravit illa jussum, et institit Leilae. Tum haec clamitavit: "Proh opprobrium, o Taglebitae!" Quibus auditis, vultus Amrui ben kelthum rubore suffusus est ita, ut Amru ben hend, cum visum fixisset in hospite, mala jam ex ejus vultu auguraretur. Filius Kelthumi vero arripuit gladium Amrui ben hend, in tentorio suspensum, praeter quem alius non aderat gladius; eoque caput praecidit Amruo ben hend. Dein conclamavit Taglebitas, qui rebus, quae in tentorio erant, ablatis, camelisque abactis, in Dschesiram reversi sunt. Haec celebravit Amru ben kelthum carmine suo:

Agedum, expergiscere, et e poculo tuo nobis propina!

Recitaverat id in foro Okkâdhi, idemque recitavit etiam in nundinis Meccanis. Taglebitae illud carmen magni fecere, et tam juniores eorum quam seniores adeo id recitarunt, ut eo nomine irrisi sint. Dixit aliquis poetarum tribus Bekr ben wajel:

Avertit Taglebitas a generositate,
Carmen, quod composuit Amru ben kelthûm;
Recitant id continuo, inde ab ortu eorum;
Proh, homines! carmen, quod nunquam fastidio est!

Feradak vero respondit Dscheriro, cum irrideret El achthalum:

Haud infringit derisio tribum Tagleb wajeli;
Mingesne in loco, in quo concurrunt duo maria?
Gens illa interfecit filium Hendae per vim,
Amruum, atque rependit etiam Noomano.

Et Efnôn ben ssarim Taglebita, glorians de facto Amrui ben kelthum, in quodam carmine dixit:

Profecto! Minime Amru ben hend, cum exclamaret:
"Famuletur matri meae ejus mater!" fortuna adjutus.
Arripuit filius Kelthumi gladium nudatum,
Atque prehendit compotori suo fauces;
Inflixit Amru ejus capiti plagas
Ense sulcato, chalybeo, refulgente.

Tradit: Erat Amruo frater, cui nomen Morre ben kelthum; hic occidit El mondsarum ben el nooman. Ad eum igitur, et ejus fratrem respexit El achthal, cum dixerit Dscheriro:

O filii Kolaibi, duo patrui mei sunt ii,
Qui occiderunt reges, et ruperunt catenas!

Fuit Amruo ben kelthum filius, cui nomen Ebâd; interfecit Baschrum ben amru ben adas. Adhuc supersunt posteri Amrui ben kelthum, e quibus est Kelthum ben amru Attabita poeta, et tractatuum auctor.

Tradidit mihi Ali ben ssolimân el achfasch, dixitque: narravit mihi Mohammed ben el hassan el achwal, quae ab Ebn el aarabi acceperat, dixitque: Amru ben kelthum Taglebita bellum intulit Temimitis; dein, cum occurreret tribui, quae e filiis Kaisi ben thaalaba erat, in eorum bonis praedatus est, et abduxit captivos vinctosque; ex iis vero, quos ceperat, erat etiam Achmed ben dschandal Ssaadita. Dein pervenit ad Hanifitas, qui in Jemâma habitant; et erant apud eos etiam aliqui Udschlitae. Cognoverunt illa incolae Hadschr. Hanifitarum vero, quos adiit Amru, primi fuere filii Ssochaimi, quorum dux Jesîd ben amru ben schamar. Quibus conspectis, Amru ben kelthum versus metro Ridsch compositos recitavit, dixitque:

Quicunque me fugerit posthac, utinam ne convalescat,
Nec praebeat aquam potandam, nec arbores depascendas!
Filii Lodschaimi, et vilissimi Modharitarum,
In semota parte deserti adfliguntur turbidis aquis.

Inde Amruum petiit Jesid ben amru, atque sauciatum illum, et ab equo dejectum, captivum abduxit; erat enim Jesid vir fortis validusque. Postridie vinculis illum constrinxit, dixitque: Tune is, qui dicebat:

Quando sociam nostram religamus fune,
Ipsa vel funem disrumpit, vel jugulat socium.

Ego quidem te ad camelam meam adligabo, junctosque vos agam." Tum Amru ben kelthum alta voce, ulcisci haec, jussit gentem Rebîae. Lodschaimitae vero convenerunt, et, tale quid facere, Jesidum vetuere; neque ipse serio ea intenderat. Profectus cum Amruo, duxit eum in aliquod castellum regionis Hadschr, quod e castellis illius gentis erat. Tentorium ei figi curavit, pecora ei mactavit, vestem ei induit, camelo praestanti eum imposuit, vinumque ei dedit potandum. Quod cum illius caput occupasset, cecinit haec:

Cogamne socios meos, mane abiturus?
Nondum expertus sum dirum a te discessum;
Neque vidi similem haloni aliquem Maaditarum,
Qui nitore illam aequiparet, nisi novam lunam.
Agedum, renuntia filiis Dschoschami ben bekr,
Taglebitisque omnibus, accedens ad amicos;
Jam illustrem principem, filium Amrui,
Die Nethaa diluculo iniisse proelium.
Ejus turma densissima est et numerosa;
Quando petitur sagittis, irrita reddit tela.
Remuneret Deus nobilem Jesidum faustis,
Largiari velit ei laeta et decora.
Cum caperet filium Kelthumi filius Amrui,
Jesidus bonus, impetum fecit in eum,
Cum agmine Fessanitarum venatorum,
Qui lacessunt hostem, cum lacesserit;
Jesidum, qui accedere jubet internuntios,
Ut eorum pectus potu expleat sitientes hastas.

Tradidit mihi Ali ben ssolimân, dixitque: tradidit nobis El achwal, quae ab Ebn el aarabi acceperat, dixitque: Narrant haec: Quum Taglebitae bellum gererent cum El mondsaro ben mâ essammâi, in Syriam se receperunt metu percussi. Incidit in eos Amru ben abi hadschr Ghassanida, cui obviam factus Amru ben kelthum, dixit: "O Amru, quid prohibet gentem tuam occurrere nobis?" Respondit: "O Amru, optime juvenum, quoties gens mea in bello expergiscitur, toties in eo dignitate praevalet, et augetur robore, a tergo inaccessa." Dixit ille: "Excitare eos e somno, ab humanitate alienum esset; nam evellerem eo radices eorum; nasus meus eos abegit in arida deserta et ad exhaustos fontes." Amru ben kelthum vero abiens dixit:

O scito, avertasque diras, nos
Intrepide petere, quodcunque velimus;
Scito, balteum nostrum esse gravem,
Impetumque agminis nostri terribilem;
Nec esse ullam Maaditarum gentem,
Quae nos aequiparet thoracatos!

Tradit: Narravit Ebn el aarâbi etiam haec: Amru ben kelthum accepit, minari sibi Noomanum ben el mondsar; itaque scriba Arabe accito, scripsit illi:

Agedum, Noomano a me nuntium perfer!
Laus tua annicula, et vituperatio tua quinquennis.
Quando occurres mihi, accedenti cum Tagleb filia Wajeli,
Ejusque sociis, convocabuntur ad te praesidia.

Consectatus est Noomanum ben el mondsar conviciis multis; ex iis sunt etiam haec, quibus oblique perstringit illius matrem Ssoleima:

Adiit Ssoleima Chobth post Fertâdsch,
Olim vero erat in tribu Benu nâdsch.
Cum non speraret Ssoleima, sibi adfuturos,
Qui in Chawarnak sunt, fabros ferrarios et textores,
Neque illius fores obsideant custodes,
Perinde ac si involveris aegyptiacum sericis,

Incedit, aequipondia vehens vitium et opprobrium,
Sicut vinctus incedit per paliuros et spinas.

Tradit: Dixit de Noomano etiam haec:

Maledicat Deus vilissimo nostrum, ignominia affecto,
Cui avunculi ignobilissimi, et abjectissimus pater;
Qui maxime dignus, cujus avunculus folle suscitet ignem,
Cum cadat inaures, et annulos nasi Jathrebi.

Tradidit nobis El hossein ben ali, dixitque: narravit nobis Achmed ben ssaîd eddemmeschki, dixitque: narravit nobis Essobeir ben bekâr, dixitque: narravit mihi Ali ben el mogheira, quae acceperat ab Ebn el kelebi; hic vero ea acceperat a viro, e tribu Namr ben kâsseth oriundo, qui dixit: Cum immineret mors Amruo ben kelthum, jam centum et quinquaginta annos nato, convocavit filios suos, iisque dixit: "O filii mei, longa mihi obtigit vita, quae majorum meorum obtigit nulli; sed fieri non potest, quin abripiat me, quae illos abripuit, mors. Ego, per Deum, quoties aliquem opprobrio affeci, toties ipse opprobrio affectus sum; pro veris accepi vera, pro vanis vana; maledicus maledictus. Itaque abstinete conviciis; hoc vobis pacem afferet. Benevolos vos exhibete vicinis salutatione benigna; nolite injuriam inferre peregrinis. Saepe vir unus plus valet quam mille, et negare praestat quam promissis non stare. Si vobiscum loquuntur, auscultate; si ipsi loquimini, breves estote; nam multiloquiis insunt deliramenta. Fortissimus hominum is, qui post proelium mitis; nobilissima mors, interfici. Nihil boni in eo, quem prudentia deserit, cum irascitur; neque in eo, qui, cum objurgatur, ipse non objurgat. Sunt homines, quorum neque sperentur beneficia, neque metuantur injuriae; offensio eorum praestat eorum favore, et adversari iis praestat quam morem gerere. Uxores ducere nolite e tribu vestra; nam hoc excitat odia foeda.

Haec

est Moallaka Amrui ben kelthûm
cui cognomen Abul aswadi;
illustravit eam Essûseni,
cuius misereatur Deus
altissimus.

Dixit Amru ben kelthûm Taglebita:

v. 1. Agedum, expergiscere, et e poculo tuo nobis propina,
Haudquaquam parcens vino Enderunico,

هَبَّ e somno suo, aor. يَهُبُّ, nom. act. هَبٌّ, quando evigilavit. صحن poculum magnum, in plurali صحون. الصبح est: propinare potum matutinum, a verbo صبح, aor. يصبح. ابقيت rem, et بقّيتُ eam, idem significant. اندرون sunt pagi in Syria. Dicit: Agedum, evigila, e somno tuo, o pocillatrix, mihique propina potum matutinum e poculo tuo magno, neque reponas illorum pagorum vinum.

v. 2. Mixtum, cui crocus inesse videtur,
Cum aqua se ei immiscuerit calida!

شعشعتُ vinum, est: miscui id aqua. حُصّ planta, cui flos ruber, referens crocum. Sunt qui habeant سخينا adiectivum, significans: calidum, derivatum a سخُن, aor. يسخُن, nom. act. سخُونة; et sunt, qui id habeant verbum, a radice سخي, aor. يسخَي, nom. act. سخَاء, cui formae tres; prima, quam memoravimus, secunda سَخُو, aor. يسخُو, tertia سَخَا, aor. يسخُو, nom. act. سَخَاوة, Dicit: propina nobis aqua mixtum, cui, propter insignem suum ruborem, postquam id miscuerint aqua, iniectus videtur flos illius plantae rubicundus. Cui cum se immiscuerit aqua, id bibimus, et ebrii facti, praestantissima bonorum dilargimur, et liberaliter profundimus thesauros suppellectilis nostrae pretiosae; hoc, si سخينا habeamus verbum. Si vero id habeamus adiectivum, sensus est: Vinum, quando aqua id miscent, et aqua calida est, flos esse videtur illius plantae. Legitur etiam شحينا, cum schin punctis notato; id significat: Quando aqua ei se immiscet abundanter. Nam الشحن est: implere, a verbo شحن, aor. يشحَن; شحين idem significat ac مشحون, sicut قتيل idem ac مقتول. Sibi vult: vinum, quando aqua miscetur, et quidem aqua multa, illum florem referre.

v. 3. Avertit solicitum a suis curis,
Ita ut, cum id gustaverit, evadat quietus;

Laudat vinum, et dicit: Abstrahit desiderio flagrantem a desiderio et cura; ita ut, cum id gustaverit, evadat quietus, id est, facit ut obliviscantur moeroris et desideriorum, qui iis tenebantur; nam hi, cum id potaverunt, quieti evadunt, et obliviscuntur angorum et desideriorum.

v. 4. Vides avarum, avidum, quando id circumfertur
Apud eum, propter id parvi facere opes.

لحز illiberalis ingenii, et شحيح avarus, avidus, in plurali أشحة et أشحاء; etiam شحاح id significat, quod شحيح; verbum est شح aor. يشح, et nomen actionis الشح, quod notat avaritiam aviditati iunctam. Dicit: vides hominem illiberalis ingenii, avarum, avidum, parvi facere opes suas propter id, id est: quia id bibit. Quando circumfertur vinum apud eum, id est: quando circumaguntur pocula apud eum.

v. 5. Deflexisti poculum a nobis, o mater Amrui,
Licet poculi cursus dirigendus sit dextrorsum;

الصبن est deflexus, a verbo صبن, aor. يصبن. Dicit: deflexisti poculum a nobis, o mater Amrui; solet dirigi cursus poculi dextrorsum, tu vero id circumtulisti sinistrorsum.

v. 6. Haud est vilissimus trium, o mater Amrui,
Socius tuus, cui non propinas mane!

Dicit: Socius ille tuus, cui non porrigis potum matutinum, neutiquam vilissimus illorum trium est, quibus propinas; id est: Non sum vilior sociis meis; quare postposuisti me, et propinare mihi potum neglexisti?

v. 7. Saepius pocula exhausi Baalbeki,
Aliaque Damaski et Kâsserûni.

Dicit: Multa pocula exhausi in urbe illa, multaque pocula exhausi etiam in duabus urbibus illis.

v. 8. Sane supervenient nobis fata,
Destinata nobis destinatis!

Dicit: Supervenient nobis fata mortis; nam destinata sunt haec fata nobis, destinatique nos sumus iis. منايا pluralis est vocis منية, quae significat decretam a Deo mortem.

v. 9. Subsistas, antequam divellamur, o pilento vecta!
Ut nuntiemus tibi vera, tuque nunties nobis;

Sibi voluit يا ظعينة, sed truncavit. ظعينة vero est mulier vecta pilento, quae dicitur ita, quia ظَعَنَتْ cum marito suo; est forma فعيلة cum vi formae فاعلة. Frequenter autem insigniunt eo nomine feminam, ita ut haec dicatur ظعينة; atque ita in versu auctoris. Dicit: subsistere fac iumentum tuum, o carissima, pilento vecta, ut nuntiemus tibi, quae perpessi sumus post discessum tuum, tuque nunties nobis quae experta es post discessum nostrum.

v. 10. Subsistas, ut te interrogemus, utrum intenderis alienationem
Festinato discessu, an deceperis fidum?

الصرم est disiunctio; الوشك festinatio, et وشيك festinans; امين idem significat quod مامون. Dicit: Subsistere facias iumentum tuum, ut interrogemus te, utrum intenderis disiunctionem subito discessu, an deceperis amicum tuum, a quo nulla tibi timenda perfidia; vel, utrum suadeat tibi subitus discessus alienationem, an perfidiam in amando eum, qui non perfidum se exhibuit in amore tui.

v. 11. De die proelii, caedendo transfigendoque data,
Qua recrearunt patrueles tui oculos.

كريهة est e nominibus belli; eius pluralis كرايه; dicitur bellum ita, quia animi id تَكْرَهُ. Affixum est voci ة, quia conformata est ad formam substantivorum, sicut نطيحة et ذبيحة, neque conformata ad formam adjectivorum, sicut mulier قتيل, et manus خضيب. Vocali Fatha affecit voces ضربا et طعنا tanquam nomina actionis; id est: qua caedimus caedendo, et transfigimus transfigendo. Locutio: أقرّ Deus oculum tuum, ait El asmai, significat: Frigidas reddat

Deus lacrimas tuas; id est, afficiat te ille laetitia summa; affirmat enim, lacrimas effusas gaudio esse frigidas, lacrimas dolore effusas vero fervidas. Derivavit haec a قُرٌّ, quod significat aquam frigidam. Sed impugnat eius sententiam Abul abbâs achmed ben iachia thaaleb, dicitque: Lacrimae omnes sunt fervidae, sive eliciat eas gaudium, sive moeror. Abu amru eascheibâni dicit: significant illa: Somnum largiatur Deus oculo tuo, amoveatque ab eo insomniam; nam vehemens moeror procreat insomniam. Est autem ex eius sententia اقرار forma افعال verbi قرّ, aor. يقرّ, nom. act. قرار; oculi enim reficiuntur somno, et laeduntur insomnia. Thaaleb nonnullorum antistitum auctoritate refert, illorum significationem esse: Compotem te faciat Deus voti tui et optati, ut desistat oculus tuus prospectare alia. Itaque adcuratior expositio sensus esset: Contentum te reddat Deus; nam qui appetit rem, eam oculis prospectat; cum vero ea potitus est, oculus prospectare eam desistit. Dicit: nuntiabimus tibi diem proelii, qua strenue ceciderunt et transfixerunt; recrearunt autem patrueles tui oculos suos illa die, id est, impetrarunt optata, votisque potiti sunt, quae ad hostes spectabant.

v. 12. Dies crastina et hodierna pignus sunt,
Sicut et perendina, eorum quae ignoras.

Dicit: Dies pignus sunt eorum, quae non percipis mente; id est, cum iis conjuncti sunt.

v. 13. Illa tibi ostendit, cum accesseris solitariam,
Ipsaque secura sit de oculis obtrectatorum,

كاشح est is qui occultat odium suum lateri; tribuerunt autem Arabes odium lateri, quia eo continetur cor, et odium ex eorum sententia in corde situm. Alii dicunt: Minime; dicitur hostis كاشح, quia يكشح ab hoste, id est, recedit ab eo, ipsique obvertit latus; dicitur عنه كَشَح, aor. يكشُح, nom. act. كَشْح. Dicit: Ostendit tibi mulier illa, cum eam petieris solitariam, et ipsa iam secura sit de oculis inimicorum suorum,

v. 14. Brachia longicollae, candidae, iuvencae,
Nivei coloris, quae nondum gestavit foetum;

عيطل est longo collo praedita camela; ادما camela candida, et أدمة candor camelorum. بِكر est camela, quae gestavit in utero semel. Legitur بَكر cum ba fatchato, quod significat camelam iuvencam; sed etiam Kesra notatur ba, et legitur utrumque. Legitur etiam:

Quae vere pascitur per arenas et colles;

تربعت pasta est tempore verno. اجارع est pluralis vocis أجرع, quae locum insignit, in quo جرع; جرع vero est pluralis vocis جرعة, quae significat cumulum arenarum, nullas proferentem plantas. متون est pluralis vocis مَتن, quae significat duriores colles terrae. هجان est candidus, insigni candore praeditus; consonant eiusdem singularis, dualis et pluralis; plurali insigniuntur viri, cameli, aliaque. لم تقرا جنينا est: quae nondum continuit in utero prolem. Dicit: ostendit illa tibi brachia, turgentia carne ad instar armorum camelae, longo collo praeditae, quae nondum peperit; vel, quae pastâ est diebus vernis per eiusmodi locos. Apposuit autem haec ad amplificandam eius pinguitudinem; itaque id est: camelae pinguis, quae nec unquam in utero gestavit prolem, coloris candidi.

v. 15. Et mammas capsulis eburneis similes, teneras,
Custoditas a manibus tangentium;

رخصا molles; حصانا pudicas. Dicit: ostendit tibi mammas, quae referunt capsulas eburneas albore et rotunditate, tutas a manibus hominis, qui eas tangere velit.

v. 16. Et lumbos staturae flexilis, altae, longae, cujus
Clunes graves se attollunt cum eo, quod nos tangit;

لَدن mollis, in plurali لُدن; id est; lumbos staturae flexilis;

السموق est: longum esse, a verbo سمق, aor. يسمق. ردفتان et رادفتان sunt duo rami clunium, in plurali روادف et رواتف. النوء est: assurgere gravatum: الولي; propinquum esse, a verbo ولي, aor. يلي. Dicit: et ostendit tibi lumbos staturae longae, mollis, cuius clunes graves, cum eo quod propius erat a nobis. Praeditam eam dicit clunibus gravibus, et statura alta.

v. 17. Et natem, quam capere nequit ostium,
Et latus, quo adactus sum ad insaniam;

مأكمة et مامكة significant extremitatem clunium; pluralis est مآكم. Dicit: et ostendit tibi clunes, quas capere nequit ostium, ob amplitudinem earum, et quia turgent carne; atque latus, cuius pulcritudine adactus sum ad insaniam.

v. 18. Et duas columnas eburneas, vel marmoreas,
Quarum ornamentorum annuli tinniunt;

بلنط est ebur, et سارية columna, in plurali سواري; رنين est sonitus. Dicit: Et ostendit tibi crura, quae referunt duas columnas eburneas, vel marmoreas albore et crassitudine, quorum ornamenta, id est compedes, resonant.

v. 19. Non sic dolet, ut doleo, mater pulli camelini,
Quae, eo amisso, iterat vociferatum;

Dicit iudex Abu ssaîd essirafi: بعير est loco hominis, جمل loco viri, ناقة loco mulieris, سقب loco pueris, حايل loco puellae, حوار loco nati, بكر loco iuvenis, قلوص loco virginis. وجد est moeror, a verbo وجد, aor. يجد; الترجيع repetere vocem, et حنين vox moerentis. Dicit: neque perinde moeret, ac moereo, camela quae amisit pullum suum, et iam repetit vociferatum iterando, dum illum quaerit. Sibi vult: moerorem illius camelae leviorem esse moerore, quo ipsum affecerit discessus amicae.

v. 20. Neque cana, cui fortuna adversa
Non servavit e novem, nisi sepultum.

الشّمط est canities capillorum; جَنين vero hic: sepulcro conditus. Dicit: Neque ita moeret, ac moereo, anus, cui non servavit sors iniqua e novem filiis nisi conditum sepulcro; id est, mortui sunt omnes, et sepulti. Sibi vult: moerorem anus, quae novem filios amisit, leviorem esse moerore, quo ipse affectus sit, cum discesserit puella quam deperiat.

v. 21. Recordatus sum amoris, et captus desiderio,
Cum viderim illius jumenta vespere propulsa,

حُمول pluralis est vocis حامل, qua insignit illius camelos. Dicit: recordatus sum amoris et amicitiae, et flagravi desiderio amicae, cum conspexerim, qui eam vehebant, camelos, propulsos tempore vespertino.

v. 22. Et emicuerit Jemâma ex alto, ad
Instar ensium, in manibus destringentium.

أعرضْتُ adparuit; et عَرَضْتُ rem, est, adparere feci eam. Inde dicit Altissimus: عَرَضْنَا gehennam illa die impiis عَرْضًا. Et hoc sane mirandum, quod dicant: عَرَضْتُ rem, ipsaque أعرض; et eodem modo: كَبَبْتُ eam, ipsaque أكَبَّ; neque tertium his, quantum compertum habemus. اشمخرّت alta fuit, et أصلتُّ gladium, est: strinxi eum. Dicit: Adparuerunt nobis oppida Jemâmae, et alta videbantur oculis nostris, ad instar ensium in manibus virorum, qui strinxerunt suos enses. Confert adspectum oppidorum Jemâmae cum adspectu ensium e vagina eductorum.

v. 23. O Abu hend, ne festinanter agas nobiscum!
Moram fac nobis, ut nuntiemus tibi vera;

Dicit: O Abu hend, ne festinanter agas nobiscum; sed moram fac nobis, ut nuntiemus tibi vera, quae spectant ad res nostras et ad honorem nostrum. Vult sibi Amruum ben hend; sed adpellat eum quasi cognomine.

v. 24. Nôs signa educere candida,
Reducere vero rubra, rigata;

راية est: vexillum, in plurali رايات et راي. Dicit: Nuntiabimus tibi, nos educere vexilla nostra in proelium candida, sed reducere ea e proelio rubra, rigata sanguine heroum. Hic versus expositio est vocis: Vera, quae in versu praecedenti occurrit.

v. 25. Et dies nostros illustres, longos,
Quibus adversabamur regi, ne viles fierêmus.

Dicit: Nuntiabimus tibi proelia nostra, quae celebria sunt sicut equi, quorum frons candet macula alba; illis adversati sumus regi, ne ei obtemperaremus, neque coram eo nos abiiceremus. Dies hoc loco significant proelia. غُرّ vero significat: celebria sicut equi غُرّ; quia hi prae ceteris equis celebres sunt. Verborum: أَنْ نَدِينَ, id est: quia nolebamus viles fieri, antecedens abest ex sententia Basricorum; Cufici vero dicunt: significant illa: أَنْ لَا نَدِينَ, id est: ne viles fieremus; et reiectum est لَا.

v. 26. Saepe super principe gentis, quem coronaverant
Corona regni, qui tuebatur protegentes,

Dicit: Saepe principem tribus, qui coronatus erat corona regni, et tuebatur defensores, superavimus; أَنْجَحَرْتُهُ idem est ac أَلْجَأْتُهُ.

v. 27. Stantes reliquimus equos nostros,
Instructos habenis, tribus in pedibus.

العُكوف est: stare, a verbo عَكَفَ, aor. يَعكِفُ. صُفُونٌ est pluralis vocis صَافِنٌ; equus vero صَفَنَ, aor. يَصْفِنُ, nom. act. صُفُونٌ, quando stat in pedibus tribus, et ungulam quartam recurvat. Dicit: interfecimus illum, stitimusque equos nostros ad eum; et habenas iis imposueramus, cum tribus inpedibus apud eum starent.

v. 28. Fiximus tentoria nostra Deu tholûchi,
Ad Syriam usque, et repulimus minantes;

Dicit: Fiximus tentoria nostra in loco, qui dicitur Deu tholûch, usque ad Syriam, ut repelleremus ab his locis hostes, qui nobis minabantur.

v. 29. Obganniunt nobis canes tribus; sed nos
Avellimus spinas ex eo, qui nos tangit.

قتاد sunt arbores spinosae, quarum singula dicitur قتادة. التشذيب est: avellere spinas, ramos superfluos et fibras ex arboribus; يلينا id est: qui propius est a nobis. Dicit: Induimus arma, ita ut canes nos non agnoscerent, et gannirent quia nos non agnoscebant; atque fregimus vim hostium, qui propius erant a nobis. Loco: "occidere propinquum et frangere vim," tanquam metaphoram posuit: "decorticare tragacanthas."

v. 30. Quando admovemus ad aliquam tribum molam nostram,
Fiunt, quicunque ei occurrant, farina;

Voce: mola, sibi vult: molam belli, quae est maxima. Dicit: Quandocunque bellum inferimus alicui tribui; eos interficimus. Quia pro bello, tanquam metaphoram, posuit nomen molae, pro occisis, tanquam metaphoram, ponit nomen farinae.

v. 31. Pannus molaris ei est ad orientem Nedschdi,
Atque omnia eius grana fiunt pulvis.

ثفالة est panniculus, vel corium, quae substernuntur molae, ut cadat in ea farina. لُهْوَة est portio granorum, quae immittitur in orificium molae; et أَلْهَيْتُ molam, est, inieci in eam لُهْوَة. Dicit: arena nostra est tractus orientalis Nedschdi, et portio nostra granorum tota fit pulvis. Pro: arena, tanquam metaphoram posuit nomen panni molaris, et pro occisis, nomen granorum, ut quadrent haec in molam et farinam.

v. 32. Devertistis in deversorium hospitale nostrum;
Itaque festinavimus epulas, ne malediceretis nobis.

Dicit: Devertistis in deversorium hospitum; itaque festinavimus

vobis epulas, quia nolebamus malediceretis nobis, id est, ne malediceretis nobis. Sensus est: Accessistis ad impugnandos nos, sicut accedit hospes ad epulas; itaque interfecimus vos festinanter, sicut laudantur epulae festinanter paratae hospiti. Dein addit superbiens, et deridens illos: ne malediceretis; id est: epulas paravimus vobis festinanter, quia nolebamus malediceretis nobis propter epulas nimis tarde paratas.

v. 33. Epulas paravimus vobis, et festinavimus epulas,
Paulo ante aurorum, lapidem molarem!

مِرْداة est lapis, quo rumpuntur lapides; sed est مِرْداة etiam lapis qui proiicitur; nam الرَّدْيُ est: proiicere, et verbum: رَدَى, aor. يَرْدِي. Per metaphoram bellum appellat lapidem. طَحُون est فَعُول vocis طَحْن; id est: lapidem molarem; id est: bellum, quod vobis parat atrocissimum interitum.

v. 34. Impertimus hominibus nostris, et abstinemus ab iis,
Atque ferimus iis, quaecunque nobis imponunt.

Dicit: impertimus familiaribus nostris munera et dona nostra, et abstinemus ab eorum bonis, atque ferimus iis, quae nobis imponunt onera iurium suorum et commeatus.

v. 35. Iaculamur, dum procul sunt homines a nobis,
Et ferimus gladiis, cum superveniunt nobis;

التَّرَاخِي est: distare; et الغِشْيَان: advenire. Dicit; iaculamur fortes, dum longe distant a nobis, id est, tempore, quo distant a nobis; et ferimus eos gladiis cum adducuntur ad nos, id est, accedunt ad nos, propioresque fiunt a nobis. Sibi vult: Is nobis modus agendi, ut iaculemur, quem non attingunt gladii nostri, et caedamus quem attingunt.

v. 36. Fuscis hastis Chattici, teneris,
Flexilibus, vel albicantibus qui praecidunt;

خَطّ est urbs, qua fabricantur hastus; لَدْن est: mollis, in plurali:

لُدْن. Dicit: Confodimus eos hastis fuscis, teneris, quae sunt ex hastis viri Chattici; eo sibi vult Samharum; atque caedimus eos gladiis albicantibus, qui praecidunt quaecunque iis feriuntur. Tribuitur autem hastis color fuscus, quia color earum fuscus testatur plantas adultas.

v. 37. Aeque ac si crania heroum in illis,
Onera essent, in glareas proiecta;

أبْطال est pluralis vocis بَطَل, quae significat fortem, qui يُبطِّل sanguinem aequalium suorum. وُسوق est pluralis vocis وَسْق, quae significat onus cameli أماعِز est pluralis vocis أمعز, quae significat locum abundantem lapidibus. Dicit: sunt quasi crania fortium illorum onera camelorum, quae deciderunt in locus abundantes lapidibus. Comparat capita illorum, propter eorum amplitudinem, oneribus camelorum. ارتها est verbum absolutum et relativum; in hoc versu vero absolutum.

v. 38. Findimus illis capita agminis findendo;
Demetunt colla, ita ut succidantur.

الاختلاب est: praecidere rem instrumento مِخْلَب, quod est falx non dentata; الاختلا vero est: praecidere خَلًا, id est, virentes herbas. Dicit: findimus illis capita hostium findendo, et praecidimus iis colla illorum, ita ut praecidantur.

v. 39. Sane odium, iterumque odium prodit
Contra te, producitque malum reconditum.

Sane odium post invidiam dimanat, et producit malum reconditum ex praecordiis, id est, excitat ad ultionem petendam.

v. 40. Hereditate accepimus gloriam, quae novit Maad;
Confodimus viliores, ut appareat illa.

Dicit: hereditatis iure accepimus nobilitatem maiorum nostrorum, et quidem novit haec Maad. Confodimus hostes ignobiliores nobis, ut emineat nobilitas nostra.

v. 41. Nos, cum pali tribus deciderint in
Suppellectilem, tuemur eum qui nos tangit;

حَفَض est supellex domus, et pluralis أَحْفَاض; sed est حَفَض etiam camelus, qui fert utensilia domus, eiusque pluralis أَحْفَاض. Qui legit in versu على الاحفاض, is eo sibi vult: supellectilem; qui vero legit من الاحفاض, is eo sibi vult camelos. Dicit: Nos, quando dissolvuntur tentoria conciduntque in eorum supellectilem, tuemur et protegimus, qui propiores sunt a nobis, vicinos nostros; vel, nos, quando deciderunt tentoria a camelis festinata fuga, tuemur et protegimus vicinos nostros, id est, quando ceteri fugiunt, nos protegimus ceteros.

v. 42. Praecidimus capita iis humanitatis expertes,
Nec sciunt illi quae sibi timeant.

الجَزّ est: resecare. Dicit: resecamus capita eorum humanitatis expertes, id est, ferociter; neque sciunt utrum timeant a nobis caedem, an raptum mulierum, an direptionem bonorum.

v. 43. Gladii nostri et gladii illorum,
Quasi fasciae in manibus ludentium.

مخراق notum est; est vero مخراق etiam: gladius ligneus. Dicit: non curabamus ictus gladiorum, sicut non curant ludentes ictus fasciarum; vel, feriebamus gladiis velociter, sicut feriunt fasciis velociter.

v. 44. Vestes nostrae et vestes illorum,
Quasi tinctae purpura vel illitae.

Dicit: Sunt vestes nostrae et vestes aequalium nostrorum quasi tinctae purpura, vel illitae ea.

v. 45. Si quando non audet progredi tribus,
Ob rem terribilem, quae videtur ingruere,

الإِسْنَاق est: progredi. Dicit: Quando impar est progressui tribus, prae metu rei terribilis, iam augurandae et exspectandae, quae ut superveniat fieri potest;

v. 46. Nos opponimus similem colli, praeditum vi,
Tanquam praesidium, atque praevertimus.

Dicit: Opponimus equos illi monti similes, robore praeditos, ut tueamur iis familiares nostros. Praevertimus hostes nostros, id est, superamus eos. Adcuratior expositio sensus haec; Si quando metus ceteros progredi prohibet, progredimur nos cum turma praedita robore, et reportamus victoriam; neque agimus ita nisi ut tueamur familiares nostros.

v. 47. Cum iuvenibus, qui mortem putant gloriam,
Et cum senibus bella expertis.

Dicit: Praevertimus atque victoriam reportamus cum iuvenibus, qui occidi in bello gloriam putant, et cum senibus qui iam adsuefacti sunt bello.

v. 48. Impetus fit hominum omnium, iunctorum,
Dum repellimus filios eorum a filiis nostris;

حُدَيَّا est nomen conformatum ad formau deminutivi, sicut ثُرَيَّا et حُمَيَّا, eique est significatio impugnandi. Dicit: impugnant homines omnes tantam, quanta nobis, gloriam et nobilitatem; nos vero repellimus filios eorum, tuentes filios nostros; id est, ferimus eos gladiis, ut protegamus mulieres et tueamur fines.

v. 49. Etenim die, quo nos timemus illis
Dispertiuntur equites nostri in turmas et agmina;

عُصَبٌ est pluralis vocis عُصْبَةٌ, quae significat: ea quae inter decem et quadraginta sunt ثُبَةٌ, est: agmen, in plurali ثُبَات, et ثُبُون in nominativo, et ثُبِين in accusativo et genitivo. Dicit: die quo timemus filiis et mulieribus nostris hostes, dispertiuntur equites nostri in agmina, id est, discurrunt in omnes partes, ut repellant hostes a mulieribus.

v. 50. Et die, quo non timemus illis,
Procurrimus populando, adcincti,

الإِمْعَانُ est: festinare, et: provehi. التَّلَبُّب est: induere arma.

Dicit: Die vero, quo non timemus mulieribus nostris, procurrimus populantes in hostem, induti armis nostris.

v. 51. Cum duce, a filiis Dschoschami ben bekr
Orto, quo frangimus mollia et dura.

رَأْس et رَئِيس est: princeps. Dicit: Excurrimus in eos cum principe ex illa gente orto, quo frangimus terram mollem et duram, id est, fugamus debiles et validos.

v. 52. Ohe, non cognoverunt gentes nos,
Abiectos unquam neque torpentes!

التَّضَعْضُع est: frangi, vilemque fieri; ضَعْضَعْتُهُ eum, et تَضَعْضَعَ, est: fregi eum, et fractus est. الوَنَى vero est: torpere. Dicit: non norunt gentes, nos unquam viles factos, fractosve esse, neque nos torpuisse in bellis; id est: tales fuimus, talesque nos cognoscunt gentes.

v. 53. Ohe, ne quis insaniat in nos!
Ne insaniamus supra insaniam insanientium.

Id est: Ne quis desipiat in nos, ne nos desipiamus in eos supra quam desipuerunt in nos, id est: ne pensemus iis desipientiam eorum pensatione, quae superet illam. Praemium insaniae dixit insaniam, ad iuganda verba, beneque adsimilandas voces; sicut dixit Deus altissimus: "Deus irridet eos;" et dixit: "Praemium sceleris scelus parile;" et dixit, qui magnifice commemoretur: "Illudunt Deo, sed ipse illudit iis." Praemia sceleris, irrisionis, astutiae et illusionis dixit irrisionem, astutiam et illusionem eo, quod memoravimus, consilio.

v. 54. Quo conatu, o Amru ben hend,
Fiamus reguli vestri in illis servi?

قَطِين sunt: servi. قَيْل est rex subiectus regi maiori. Dicit: Cur vis, o Amru ben hend, nos servos fieri eius, quem praefecisti rebus nostris, qui est e regibus quos praefecistis. Id est: Quaenam res provocat te ad illum conatum absurdum? Sibi vult: nunquam in suis apparuisse infirmitatem, quae excitaret regem ad eos viles habendos, ita ut eos subiicerent regulo suo.

v. 55. Quo conatu, o Amru ben hend, obtemperas
Obtrectatoribus nostris, et despicis nos?

ازدراه et ازدرا به est: contemsit eum, vilemque habuit. Dicit: Cur vis obtemperare iis, qui criminantur nos apud te, nosque viles habere et contemnere? Id est: quinam tibi fuit auctor eiusmodi conatus? id est: Nondum apparuit in nobis infirmitas, quae concitaret regem in nos, ita ut auscultet ei, qui nos criminatur apud eum mentiturque ei de nobis, atque viles habeat nos.

v. 56. Minaris nobis, minitarisque; apage!
Quando fuimus matris tuae famuli?

القتو est: famulari regibus, et verbum قتي, aor. يقتو; المقتي est nomen actionis pariter ac قتو; ab eo derivans adiectivum relativum dicis مقتوي; dein pluralem formans, reiecto ي adiectivi relativi, dicis مقتوون in nominativo, et مقتوين in genitivo et accusativo, sicut ad formandum pluralem vocis أعجمي, reiecto ي adiectivi relativi, dicitur أعجمون in nominativo, et اعجمين in genitivo et accusativo. Dicit: Moderare minis comminationibusque tuis, neque proveharis iis; nam quo tempore fuimus servi matris tuae? Id est: Nondum fuimus eius servi, ita ut conturbaremur minis comminationibusque tuis, quibus insequeris nos. Si quis legit: تهددنا وتوعدنا, est propositio historica. Dein dicit: Apage! id est: mitte minas et comminationes, iisque moderare!

v. 57. Sane hastae nostrae, o Amru, recusarunt,
Hostibus ante te se submittere;

Arabes per metaphoram insigniunt gloriam nomine hastarum. Dicit: hastae nostrae noluerunt submittere se hostibus nostris ante te. Sibi vult: gloriam suorum non exstingui impetu hostium; neque eorum vexatione depulsioneve. Sibi vult: gloriam suorum esse munitam, inaccessam.

v. 58. Quando prehendit eas regens, perhorrescent,
Repelluntque id, durae et refractariae;

ثقاف est: ferrum, quo rectae redduntur hastae; et: ثقفته eum, est: rectum reddidi eum. عشوزنة est: res dura, valida. الزبون est: repellere, eiusque significatio primitiva occurrit in dictione: زبنت camela mulgentem, id est: percussit eum callis pedis sui, id est: genu suo; inde derivatum زبانية, quia hi يزبنون igni devotos, id est, propellunt eos. Dicit: Quando prehendit illas instrumentum regens ad eas rectas reddendas, recusant se rectas reddi; repelluntque instrumentum regens hastae durae, validae reiiciendo. Adhibuit hastas, quas non licet rectas reddere, tanquam imaginem gloriae suorum, quae non deprimitur; comparavitque fortitudinem eorum, qui prohibent illam exstingui, cum retractatione hastarum, quae rectas planasque se reddi recusant.

v. 59. Durae, quando flectuntur, resonant,
Vulnerantque occiput regentis et frontem.

Dicit: ارنت, id est: resonant; nam الارنان hic est verbum absolutum, alias vero relativum. Dein amplificat descriptionem hastarum, addendo: resonare eas, cum quis rectas eas reddere velit, neque submittere se flectenti, sed vulnerare eius occiput et frontem; et ita etiam gloriam suorum non se subiicere iis, qui eam invadant, sed superare perimereque eos.

v. 60. Num traditum tibi de Dschoschâmo ben bekr
Aliquid turpe, in rebus gestis maiorum?

Dicit: Num cognovisti aliquid turpe, quod perpetraverint illi, in rebus gestis seculorum praeteritorum, aut violationem foederis, quae prodierit ex illorum medio?

v. 61. Heres sumus gloriae Alkamae ben seif,
Qui permisit nobis arces gloriae expugnandas;

الدّين est: opprimere; ideo dixit altissimus celebrandus magnificandusque: "Nisi, si estis non مدنون" id est: oppressi. Dicit: heredes facti sumus gloriae illius viri nobilis e maioribus nostris, qui tradidit nobis arces gloriae expugnandas fortitudine et vi; id est: superavit aequales suos gloria, reliquitque nobis hanc suam gloriam.

v. 62. Heres sum Mohalheli, et, qui praestat eo,
Sohairi; euge, thesaurum thesaurizantium!

Dicit: hereditatis iure accepi gloriam Mohalheli, et gloriam viri qui illi praestat, isque est Sohair; et euge thesaurum thesaurizantium; id est: eius gloriam et nobilitatem, de quibus gloriari possunt.

v. 63. Et Attâbi et Kelthûmi simul, quibus
Nacti sumus hereditatem generosorum;

Dicit: hereditatis iure accepi gloriam Attâbi et Kelthûmi, iisque adepti sumus hereditatem nobiliorum; id est: potiti sumus eorum virtutibus et praeclaris facinoribus, quibus illustres evasimus et generosi.

v. 64. Et Dsul borati, quem memorarunt tibi;
Eo protegimur, protegimusque fugatos.

Dsul borat fuit vir Taglebita, ita nominatus a pilis, quos in naso habebat in orbem dispositos ad instar annuli. Dicit: hereditatis iure accepi gloriam Dsul borati, qui inclaruit, et notus est commemoratusque tibi, o tu, quem alloquor. Illius gloria protegit nos princeps noster, eaque protegimus nos pauperes, qui profugiunt ad implorandam protectionem aliorum.

v. 65. Fuit e nobis ante eum cursor Kolaib;
Quaenam est gloria, quae non pertineat ad nos?

Dicit: E nobis ante Dsul boratum fuit, qui currebat ad praeclara facinora, Kolaib wajeli. Dein addit: Quaenam est gloria, quae non pertineat ad nos? id est: quam nec appetiverimus occupaverimusque?

v. 66. Quando religamus sociam nostram fune,
Ipsa vel dirumpit funem, vel frangit socium.

Dicit: Quando alligamus camelam nostram ad aliam; illa vel rumpit funem, vel frangit cervicem sociae. Sensus est: Quando confligimus cum aliqua gente in proelio certamineve, superamus eam subigimusque. الجدّ est: praecidere, et verbum جدّ, aor. يجدّ. الوقص est: frangere cervicem, et verbum وقص, aor. يقص.

v. 67. Reperimur eorum fortissimi in tuendo,
Et eorum fidissimi, cum pepigerint foedus.

Dicit: reperis nos, o tu quem alloquor, fortissimos eorum in protegendo, tutando, pactoque servando, et fidissimos eorum in foedere quod pepigerunt. ذمار est: pactum, et iusiurandum, et clientela, nominaturque ita, quia يتذمّر ei, id est, firmiter adhaerent ei qui auxilium fert.

v. 68. Nos die, qua accenderunt ignem in Chasâsa,
Auxiliati sumus supra auxilium auxiliantium;

الرّفد est: auxiliari; et est رفد, etiam nomen. Dicit: nos illa die, qua accenderunt ignem belli in Chasâsa, auxilium tulimus Nesaritis magis quam auxiliares. Gloriatur de auxilio, quod tulit tribus sua filiis Nesâri, cum hi invaserint Jemenum.

v. 69. Nos servabamus in Dsu orâtha, dum
Pascebantur annosi optimique cameli herbis aridis.

دَرين et planta nigrescens veterascensque. خور sunt: praestantissimi camelorum, et camela dicitur خوّارة. Dicit: servavimus bona nostra in illo loco, donec pascerentur camelae praestantissimae veterascentibus herbis, nigrescentibusque, ut adiuvaremus gentem nostram, suppetiasque ei ferremus in bello hostibus eorum inferendo.

v. 70. Tenuimus dextram, cum confligeremus,
Tenuere sinistram filii patris nostri.

Dicit: Fuimus defensores alae dextrae cum confligeremus cum hostibus, et fuerunt fratres nostri defensores alae sinistrae. De-

scribit aciem, quām instruxerunt in bello Nesaritarum Jemenitarumque, quo occidit Kolaib wajeli Lebidum ben N Ghassanidam, a rege Ghassanida Taglebitis praefectum, quia colaphum incusserat sorori Kolaibi, sibi subditae.

v. 71. Saevierunt saeviendo in eum, qui ipsos tangebat,
Saevivimusque saeviendo in eum, qui nos tangebat.

Dicit: Impetum fecerunt filii Bekri in hostes qui eos tangerent, impetumque fecimus nos in eos qui nos tangerent.

v. 72. Reportarunt illi praedas et mancipia,
Reportavimus nos reges vinctos.

نهاب sunt: praedae, in singulari نهب. الاوب est: redire. Quod ad تصفيد attinet, dicitur: صفدت eum, et: صفّدت eum, id est: vinxi eum, et constrinxi eum. Dicit: Rediere Bekritae cum praedis et mancipiis, redivimusque nos cum regibus vinctis; id est: Egerunt illi praedas, nos vero captivos abduximus reges.

v. 73. Abite, o filii Bekri, abite!
Nonne cognovistis de nobis vera?

Dicit: desistite et desinite aemulari nobis et certare nobiscum, o filii Bekri; nonne cognovistis vim fortitudinemque nostram? Id est: iam cognovistis hanc nobis esse; itaque ne obluctemini nobis. Dicitur: اليك اليك, id est: abi!

v. 74. Nonne cognovistis nostras vestrasque
Turmas, quae invicem se confodiunt et iaculantur?

Dicit: Nonne cognovistis turmas e nobis vobisque, quarum aliae confodiunt alias, iaculanturque alias aliae? ما in voce ألمّا est additamentum expletivum. الاطّعان et الارتما eadem ac التطاعن et الترامي.

v. 75. Nobis sunt cassides, et cudo Jemanicus,
Et gladii, qui recti sunt et inflexi;

بَلَب est: res texta ex pannis, quam induunt sub galea. Dicit: sunt nobis cassides et cudo Jemanicus, et gladii qui recti redduntur et inflectuntur, quia iam diu feriimus iis.

v. 76. Nobis sunt loricae amplae, resplendentes,
In quibus supra cingulum conspicis rugas;

سابغت est: lorica ampla, integra; دلاص est: refulgens; غُضُون est pluralis vocis غَضَن, quae significat corrugatam rem. Dicit: Non tegit nos nisi lorica ampla, refulgens, in qua conspicis, o tu quem alloquor, supra cingulum rugas, quia est ampla et completa.

v. 77. Quando deponunt eas heroes aliquando,
Vides cutes virorum iis atratas.

جَوْن est: niger, et est جَوْن etiam: albus, eiusque pluralis جُون. Dicit: quando exuunt illas heroes aliquando, vides cutes eorum nigrescentes, quia ipsi induerant illas. Eius dictum لَهَا significat: للبسها.

v. 78. Perinde ac si rugae earum tractus lacuum essent,
Quos agitant venti, quando spirant.

غُدْر est una vocali spoliata vox غُدُر, quae est pluralis vocis غَدِير.

تُصَفِّقُ eum, est: percutis eum. Comparat rugas loricarum tractibus lacuum, quos percutiunt venti spirantes, et sulcos qui apparent in loricis, sulcis qui apparent in aqua quam percutit ventus.

v. 79. Atque vehunt nos die terroris laeves,
Notae nobis, liberatae et educatae;

الرَّوع est: terror; eoque hic sibi vult bellum. جُرْد sunt ii, quorum corporis pili tenues et curti, in singulari masculino أَجْرَد, et in singulari feminino جَرْداء. نَقَائِذ sunt: ereptae e manibus hostium, a singulari feminino نَقِيذَة, quod est forma فَعِيلَة significans

id quod forma مفعولة; dicitur أَنْقَذْتُ eam, id est, liberavi eam, ipsaque est مُنْقَذَة et نقيذة. الفَلْو et الافْتِلَا est: educare. Dicit: vehunt nos in bellis equi, tenuibus pilis praediti et curtis, qui noti sunt nobis, et educati apud nos, quos eripuimus e manibus hostium, cum iis potiti essent.

v. 80. Progrediuntur loricatae, redeuntque squalidae,
Ad instar nodorum iam adtritae;

Vir دَارِع est: indutus lorica; loricae equorum vero sunt eorum cataphractae. رَصَائِع est pluralis vocis رصيعة, quae significat nodum habenae in occipite equi. Dicit: Progressi sunt equi nostri in proelia induti cataphractis, et reversi sunt ex iis squalidi et adtriti, sicut adteritur nodus habenarum, labore molestiisque quas in illis perpessi sunt.

v. 81. Hereditate accepimus eas a patribus probis,
Transmittimusque eas, cum morimur, filiis nostris.

Dicit: hereditate accepimus equos nostros a patribus generosis, insignibus probitate in agendo dicendoque; atque hereditarios eos transmittimus filiis nostris, cum morimur. Sibi vult, prognatos illos propagatosque esse apud suos.

v. 82. Instant vestigiis nostris candidae, pulchrae,
Quae cavemus ne dividantur fiantve viles;

Dicit: Instant vestigiis nostris in bellis mulieres candidae, pulchrae; nos vero cavemus, ne eas auferant, inter se dividant, dedecoreque afficiant hostes. Solebant enim Arabes in conspectu mulierum proelia committere, collocatis illis a tergo virorum, ut dimicarent viri pro salute uxorum intrepidi, metuentes ignominiam captis uxoribus accipiendam.

v. 83. Iniunxerunt maritis suis, tanquam officium,
Ut, cum ipsi inciderent in turmas signatas,

Dicit: Iniunxerunt illae maritis suis, ut, cum inciderint in turmas hostium, quae signarunt se signis quibus cognoscuntur in bellis,

subsisterent in conflictu proelii, neque fugerent. بُعُول et بُعُولَة sunt pluralia vocis بَعْل; dicitur de viro: ipse est بَعْل mulieris; de muliere vero: ipsa est بَعْل viri, et eius بَعْلَة; sicut dicitur; est ille eius زَوْج, et, est illa eius زوج vel زوجة.

v. 84. Auferrent equos et enses,
Captosque vinculis colligatos;

Id est: Ut auferrent equites nostri equos hostium, eorumque enses, et captivos ex iis, colligatos vinculis.

v. 85. Vides nos procurrentes, cum ceterae tribus
Adsumunt, prae metu nostri, adiutores.

Dicit: Vides nos progredientes in terram بَرَاز, id est, planitiem, in qua nullus mons, quia confidimus fortitudini potestatique nostrae; sed ceterae tribus omnes auxilium implorant et confugiunt ad alios, metuentes impetum nostrum.

v. 86. Quando ambulant illae, incedunt molliter,
Sicut fluctuant lumbi potantium;

هُوَيْنَا est deminutivum vocis هُونَا, quae est femininum vocis أَهْوَن, sicut أَكْبَر et كُبْرَى. Dicit: Quando incedunt illae, incedunt gressu molli, propter gravitatem clunium, copiamque carnis earum. Dein comparat illas iactanter ingredientes ebriis, quoad gressum eorum.

v. 87. Pascunt egregios nostros, dicendo: Non
Estis mariti nostri; si nos non tuemini;

القَوْت est: pascere quantum satis; verbum est قات, aor. يَقُوت; nomen vero قَوْت et قيت, in plurali اقوات. Dicit: Pabulum subministrant illae equis nostris egregiis, dicuntque; Non estis mariti nostri, si nos non tuemini ab hostibus.

v. 88. Mulieres e sobole Dschoschami ben bekr,
Quae iungunt pulchritudini dignitatem et probitatem.

ميسم est: pulchritudo, et derivatum a وَسام et وَسامة, quae signi-

ficant: pulchritudinem et venustatem; verbum est وَسُمَ, aor. يَوْسُمُ, et adiectivum وَسِيم. حَسَب est id, quod sentiunt de virtutibus hominis, et virtutibus eius maiorum; est forma فَعَل significans idem ac مفعول, sicut نَفَض et جَبَط et لَقَط et قَبَض id significant quod منفوض, et مخبوط, et ملقوط, et مقبوض. حَسَب equidem significat id quod sentiunt de virtutibus eius maiorum. Dicit: Sunt mulieres ex illa tribu, iunguntque venustati nobilitatem et probitatem.

v. 89. Nil tam tuetur mulieres, quam ictus,
Quo vides brachia adsimilata virgis.

Dicit: neque ulla res tam tuetur mulieres a rapacitate hostium, quam ictus, quo praeciduntur auferunturque brachia sauciatorum, sicut aufertur virga, percussa baculo.

v. 90. Nos sane pascimus sterilibus annis,
Nos sane largimur iis qui petunt;

v. 91. Nos sane tuemur id quos nos tangit,
Quando enses relinquunt vaginas,

v. 92. Perinde ac si nos, gladiis destrictis,
Procreassemus homines omnes universos.

Dicit: Videmur eo tempore, quo educuntur gladii nostri e vaginis, id est: tempore belli, procreasse homines omnes; id est protegimus eos sicut protegit parens sobolem.

v. 93. Volutant capita sicut volutant
Robustiores in vallibus suis globos.

حَزَوَّر est: adolescens fortis, validus, in plurali حَزَاوِرَة. Dicit: rotant capita aequalium suorum, sicut rotant adolescentes fortes et validi globos in loco plano.

v. 94. Atque cognoverunt tribus Maaditarum,
Cum tentoria in vallibus eorum struerentur,

Dicit: Iam cognoverunt tribus Maaditarum, cum struerentur eorum

tentoria in loco depresso; قُبَب et قِبَاب sunt duo pluralia vocis قُبَّة.

v. 95. Nos pascere cum possumus,
Nos perdere cum petimur,

Dicit: Iam cognoverunt illae tribus, nos pascere hospites cum facultas nobis est, nosque perdere hostes cum conantur aggredi nos.

v. 96. Nos defendere quodcunque velimus,
Nosque morari ubicunque statuamus.

Dicit: Nosque defendere contra homines id quod volumus defendere contra eos, nosque morari ubicunque statuamus terrarum Arabum.

v. 97. Nos relinquimus quod odimus,
Nos accipimus quod gratum habemus;

Dicit: Nos quidem relinquimus quae odimus, sed accipimus quae grata habemus; id est: Non accipimus dona eorum quos odimus, accipimus vero dona eorum quos gratos habemus.

v. 98. Nos protegimus cum obtemperant nobis,
Nos mulctamus cum repugnant nobis;

Dicit: Nos protegimus atque defendimus vicinos nostros cum ipsi obtemperant nobis, sed mulctamus eos inimicitia, cum nobis repugnant.

v. 99. Bibimus, cum accessimus, aquam limpidam,
Bibunt vero reliqui turbidam, et limum.

Dicit: Potimur omnium rerum praestantissimis, et relinquimus ceteris deteriora. Sibi vult: suos esse principes ducesque, reliquos vero eorum famulos.

v. 100. Agedum, renuntia filiis Tammâchi a nobis,
Et Doomitae: quales nos senseritis?

Dicit: Quaere ab illis, utrum fortes nos senserint an timidos.

v. 101. Quando rex infligit hominibus ignominiam,
Recusamus recipere ignominiam in nos.

خَسْف et خُسْف est vilitas; السوم vero, si imponis homini labores et molestias. Dicitur: سَامَهُ خَسْفًا, id est: imposuit et inflixit ei aliquid, in quo ignominia. Dicit: Quando rex adigit homines ad aliquid, quod eos viles reddit, recusamus obtemperare ei.

v. 102. Replemus terram ita ut non capiat nos,
Et aquam maris replemus navibus;

Dicit: Totum occupavimus mundum, terram mareque; non capit terra domus nostras, neque mare naves nostras.

v. 103. Nobis paret mundus et qui exstat in eo,
Atque irruimus, cum irruimus, fortiter.

v. 104. Cum a lacte depulsi sunt pueri nostri,
Supplicant ipsis principes adorantes.

Dicit: Simul ut pervenerunt pueri nostri ad aetatem, qua depelluntur a lacte, ipsos adorant principes aliorum. Sed Deus scientissimus. Absolutum est.

Editoris Notae.

Reges Hirenses ultimi
secundum computationem Hamsae Isfahanensis.

P. C.

— 520. El mondsar 3. ben amri el kais, vel ben mâ essamâï.

— 530.

— 540.

— 550.

— 560.

3. Amru ben hend, vel ben el mondsar 3. el moharrek, modharreth el hedschâre.

— 570.

9. Kabûs ben el mondsar 3.

— 580.

3. Schahart Persa.

4. El mondsar 4. ben el mondsar 3.

8. El noomân 3. ben el mondsar 4. abu kabûs.

— 590.

— 600.

— 610. Ejâs ben kabîde.

6. Sadije Persa.

— 620.

— 630.

3. El mondsar 5. ben el noomân 3. magrûr.

4. Moslemi occupant Hiram.

— 640.

De
Amruo ben kelthum Taglebita eiusque Moallaka.

Stemma tribus Tagleb, gentis Rabiiticae, quae a Wajelo Taglebi patre haud raro dicitur Tagleb Wajeli, ore consono tradunt El isfahani in libri Kitâb el aghâni particula a nobis edita, p. 2; Abu ssaad essamâni in libri Kitâb el lobâb fi tahdsîb el anssâb, quem im epitomen coegit Ebn el athîr, articulo Tagleb; Ebn koteiba in libro Kitâb el mearef, Eichhorn mon. ant. hist. ar. p. 121 sqq. et tab. geneal. 9; scholiastes arabs carminis Aschae a De Sacyo editi in Fodin. Orient. vol. 5. p. 12. In Arabia septentrionali, et praesertim, ut videtur, in terris Syriae et Mesopotamiae confinibus sedes habuit tribus Tagleb, quo factum ut frequens ei cum regibus Hirensibus esset commercium. Idolum Awal Taglebitas una cum Bekritis, qui Taglebitis arcta propinquitate iuncti erant, coluisse, narrat Firusabadi, Pococke specim. hist. ar. p. 104; postea eos sacra christiana secutos esse, tradit Ebn chilkân, loc. cit. p. 141; quod, cum regnum Hirense per aliquod tempus legi christianae obtemperasse constet, a ratione haud abhorrere putamus. Erant autem Taglebitae homines virtute bellica insignique ferocia prae ceteris Arabibus adeo conspicui, ut sint auctores arabes qui velint, si paullo Islamismus venisset tardior, verendum fuisse ne Taglebitae devorarent homines; Reiske Taraph. prooem. p. 36. Quaedam Taglebitarum pars, et quidem, ut prodit Ebn koteiba, Eichhorn loc. cit. p. 126, familia Ghanam, propter micantes trucesque, quibus terrores spargebat, oculos dicta est Arâkam, id est: Colubrae; teste Mobarred in libro Kamel, Reiske loc. cit. p. 41. Inter acerba, quibus Taglebitarum nomen inclaruit, bella celebratum inprimis est bellum Basus diuturnum idque internecinum, quod Taglebitae ob Kolaibum principem Taglebitam clarissimum a Bekrita, cui nomen Dschassâs ben morre, occisum per quadraginta annos intulerunt tribui Bekr Wajeli, propinqua cognatione sibi iunctae. Cuius belli, in quo commissa praeclarissima proelia Nihj, Dsenajeb, Waredât, Oneira, Hanu, Owelredât, Anîn, Dharijja, Kadsibât, et Kiddha vel Tichlâk el limam, res exposuerunt En nowairi in capite quod: De diebus Arabum, inscriptum est, Rasmussen histor. praecip. arab. regnor. p. 110 sqq. et brevius Abul feda, edit. De Sacy, in Pococke specim. hist. ar. p. 451. 457. Inter initia quidem belli plerumque victoria penes Taglebitas fuit; qui tamen postea, et iam in finem vergente bello, luctificas contraxerunt clades. Interdum Taglebitis praefuerunt reges, ut Sselmam ben hareth Kendita, conf. Pococke

loc. cit. p. 81. 521. qui vero Damasceno audit Moslema, Rasmussen loc. cit. p. 59. Nowairio autem Ssolmah, Rasmussen loc. cit. p. 116.; atque Kolaib Wajeli, heros ille audentissimus; sed ut hereditarium imperium in suos teneretur, Taglebitae minus permiserunt; ut coniici potest ex iis quae contra Amruum ben hend regem Hirensem ausus est Amru ben kelthum, iisque quae hic moallakae suae inseruit vers. 54.

Amru ben kelthum, nominibus generosus avitis, seculo post Christum quinto natus esse videtur; nam El noomano 3. ben el mondsar imperium Hirae tenente, id est sub exitum seculi sexti, adhuc superstes fuit, teste El isfahani in libell. nostr. p. 7; obiit vero annos natus centum et quinquaginta, testibus El achdsar et El kelebi, quorum auctoritate nititur El isfahani p. 3. et p. 8. Intrepiditate et fortitudine Amruus prae ceteris Taglebitis apud aequales adeo inclaruit, ut Schehâb el arâkam, id est; Flammam colubrarum, eum dicerent multi, sicut Farasdak et Mobarred, Reiske Taraph. prooem. p. 41; eiusque audacia in proverbium cesserit, ut produnt quae e libro Meidanii deprompta infra leguntur. Neque minus splendoris consecutus est carminibus, quae pro generosiorum Arabum more, tam amatoria et laudativa quam satyrica et probrosa panxit frequentia, eaque acre auctoris ingenium spirantia. Saepe cum praedatoria manu, prout apud Arabes in more positum erat, finitimorum agros infestavit, sed non semper rem feliciter gessit, ut prodit El isfahani p. 5; etiam proeliis, quibus flagrante bello Basus Taglebitae cum Bekritis conflixerunt, interfuisse Amruum, coniicere licet. Cum regibus Hirae frequens habuit commercium tam belli quam pacis, unde tempus, quo vixit Amru, adcuratius certiusque paulo cognoscere possumus. Regi El mondsaro 3. ben mâ essammâï, qui a. 514-563. Hirae imperium tenuit, una cum popularibus suis bellum intulit Amruus, teste El isfahani, p. 7. Regnante Amruo ben hend, id est a. 563-579. moallakam, quae Taglebitarum gloriam atque virtutem celebraret, composuit Amru, eamque recitavit in aula regis Hirensis, qui Taglebitas et Bekritas, ut aliquam litem inter eos agitatam dirimeret, ad se convocaverat. De hac lite vero, quae ad componendam aut ad recitandam saltem moallakam dedit ansam, varia eaque inter se discrepantia tradiderunt et coniectarunt viri docti. Reiske, Taraph. prooem. p. 35., De Sacy, mémoir. de litterat. vol. 50. p. 378.; et Hartmann, Die hellstrahl. Plejad. p. 171. statuere videntur, illam item nihil aliud fuisse quam bellum illud pestiferum Basus, quod iam per tot annos utramque tribum attriverat. Sed, ut nostra opinio fert, haec a vero abhorrent; nam antequam Hirae imperium accepit Amru ben hend bellum Basus iam absolutum fuisse, probabiliter confici potest; quin etiam Rasmussen, argumentis nequaquam spernendis innisus, iam seculo

quinto finem bello Basus impositam esse putat, loc. cit. p. 115. 116. Neque, quantum quidem novimus, eorum qui res belli Basus exposuerunt historicorum arabum ullus, bellum illud arbitro Amruo ben hend compositum esse dicit. Tebrisi scholiastes celeber narrat: litem; quam diremit rex Hirensis, bello Basus iam finito Bekritis intulisse Taglebitas ob aquam sibi denegatam; Reiske loc. cit. p. 36. Haec, quae etiam De Sacyo placent, Memoir. de litterat. vol. 50. p. 386. 388.; propius ad veritatem accedere putamus; nam historiae non repugnant. Ipse tamen Tebrisi alio loco, et quidem in introductione moallakae Harethi ben hillesa, qui carmine suo Bekritarum causam contra criminationes Amrui ben kelthum defendit, praemissa tradit: litem, quae Haretho componendi carminis extiterit causa, Bekritas intendisse Taglebitas ob iuvenes Taglebitas vento pestifero peremtos; Reiske loc. cit. p. 38. Occurrit in libro Meidanii proverbium: "Illustrior Haretho ben hillesa," quod ad illum Harethum spectat; sed proverbio, in codice Berolinensi saltem, non adiecta sunt, quae res Harethi vel litis inter Taglebitas et Bekritas obortae illustrent. Denique post occisum regem Hirensem moallakam suam panxisse Amruum ben kelthum suadere possent ea, quae El isfahâni tradit libell. nostr. p. 4.; et aliquot moallakae versus, ut vers. 5. 54. 55. 56. qui ad aliquam rixam inter Amruum ben kelthum et Amruum ben hend eorumque matres exarsam spectare videntur; atque auctorem libri Richân el albâb eiusmodi sententiam fovere tradidit Reiske, loc. cit. p. 40. Sed El isfahani mox addit, Amruum ben kelthum, iam antequam regem occiderit, recitasse moallakam in nundinis Okkadhicis et Meccanis; et re vera longe maior pars carminis non in perstringendo rege, sed in peroranda contra Bekritas Taglebitarum causa versatur. Quae nos adducunt in eam opinionem ut putemus, cum litem inter Taglebitas et Bekritas diremturus esset rex Hirensis, moallakam composuisse Amruum, eo consilio ut laudibus efferret regique commendaret Taglebitarum gloriam et virtutem; dein vero; rege occiso in facinoris memoriam aliquot versus carmini eum adiecisse; quod placuit etiam Reiskio, loc. cit. p. 36.

Regem Amruum ben hend ab Amruo ben kelthum iugulatum esse narrant El isfahani, lib. nostr. p. 3.; et Hamsa, Rasmussen, histor. praecip. regn. ar. p. 37.; et Meidani, in proverbio infra a nobis allato; et Mobarred in libro Kamel, Reiske, loc. cit. p. 41.; idem testantur etiam versus Ferasdaki, Efnûni, El achtali ab El isfahani citati, qui caedis mentionem faciunt. Sed Hamsa, si fides habenda versioni Rasmussenii, loc. cit. p. 14. etiam hoc tradere videtur: propter occisum regem vicissim occisum esse Amruum ben kelthum; quod a vero alienum putamus. Nam post patratam cae-

dem intactum in Dschesîram rediisse Amruum, diserte tradunt El isfahani et Meidani; atque multo post, regnante nempe El noomano 3. ben el mondsar abu kabûs, adhuc salvum fuisse Amruum, docet El isfahani p. 7.; idemque, anno aetatis centesimo et quinquagesimo Amruum obiisse mortem, eamque, sicut videtur, haud violentam, prodit p. 8. Regi El noomano 3. ben el mondsar, qui cognominatus est Abu kabûs, et hortante Adi ben seid christiana sacra amplexus esse dicitur, acres cum Amruo ben kelthum inimicitiae fuerunt, adeo ut rex minis insequeretur poetam, hic vero conviciis insectaretur regem, eiusque matrem Ssoleima, ignobili loco natam, de qua mentionem facit etiam Hamsa, Rasmussen loc. cit. p. 38. Accepit, mortuo El mondsaro 4. ben el mondsar, El noomanus 3. ben el mondsar imperium Hirae a. 588. De eo vero in libris historicorum arabum nihil certi reperire potuimus, utrum adhuc regnante El noomano 3. ben el mondsar obierit Amruus ben Kelthum, an post eius mortem, imperium Hirae tenente vel Ejaso ben kabids, vel Sadije Persa. Hoc tantum tradit El isfahani, summa senectute confectum obiisse Amruum, natum nempe annos centum et quinquaginta, quod a fide non prorsus alienum nobis videtur; plures enim Arabes illorum temporum aequales tam diuturnam vitam exegisse dicuntur, ut Hareth ben hillesá, qui cum in aula regis Hirensis moallakam suam recitaret, annum aetatis centesimum trigesimum quintum iam excesserat, teste El asmaï, Reiske loc. cit. p. 40. Ratio vivendi, qua in desertis Arabes vagi utebantur et adhuc utuntur simplex, dura et aspera, ad producendam vitam adeo accommodata est, ut etiam nostris temporibus in arenosis vastisque Arabiae et Africae tractibus, ubi solo fero camelorum lacte vitam sustentant, homines aetatis plus solito provectae extent. Ex iis, quae El isfahani de supremis Amrui factis dictisque tradit, non violenta sed sua morte obiisse Amruum, coniici potest.

Amruo ben kelthum fuit frater Morre ben kelthum, qui, sicut ille, regem aliquem Hirensem occidit. Hamsa quidem, auctoritate nisus Koteibae, hunc regem dicit El mondsarum ben el mondsar, Rasmussen loc. cit. p. 11. id est El mondsarum 4. qui a. 584 - 588. Hirae imperium tenuit; sed, cum alios eiusmodi sententiae fautores non noverimus, dubiam eam putamus. Etiam ipse Hamsa alio loco, Rasmussen loc. cit. p. 14.; tradit, a Morre ben kelthum occisum esse El mondsarum ben el noomani, quod confirmat El isfahani, in libell. nostr. p. 5. Eo nomine vero, quantum scimus, regum Hirensium nullus adpellari potest, nisi El mondsarus 5. maghrûr, cui pater fuit El noomans 3. abu kabûs, Rasmussen loc. cit. p. 16. Hic ultimus fuit Hirensium rex, et per exiguum tempus imperium gessit, donec duce Chaledo Hiram occuparunt Moslemi; occubuisse

illum in proelio Dschawatha, prodit Hamsa, Rasmussen loco cit. p. 39; sed nomen viri, qui eum interfecit, non refert. Si vero El mondsarum 5. peremit Morre ben kelthum, etiam hunc vitam traduxisse admodum diuturnam, coniiciendum est.

Quae Meidani in proverbiorum libro de rebus Amrui ben kelthum tradit, e codice manuscripto Berolinensi exscripta benigne nobiscum communicarit vir humanissimus Wilkenius; et quidem haec sunt:

افتك من عمرو بن كلثوم

كان خبر فتكه يطول وجملته انه فتك بعمرو بن هند الملك في دار ملكه بين الحيرة والفرات وهتك سرادقه وانتهب رحله وانصرف بالتغالبة الى بادية بالشام موفورا لم يكلم احد من اصحابه فسار بفتكه المثل

Id est: "*Violentior Amruo ben kelthum.* Expositio eius violentiae longior foret; eius summa vero hoc: violenter obruit Amruum ben hend regem in eius regia inter Hiram et Euphratem sita; atque eius tentorio dilacerato, et supellectileque ablata, rediit cum Taglebitis in aliquod desertum Syriae, adeo terribilis omnibus ut ne quidem eius sociorum ullus feriretur. Itaque cessit eius violentia in proverbium."

Versus Ferasdaki, in quo, de filiorum obitu uxorem consolaturus, mentionem facit Amrui ben kelthum, eumque inter illustrissimos viros refert, a Reiskio citatus, Taraph. moallak. prooem. p. 40, hic est:

وعمرو بن كلثوم شهاب الاراقم　　　ومات ابي والمنذران كلاهما

Id est: "Obierunt pater meus, et El mondsari ambo,
Et Amru ben kelthum, flamma colubrorum!"

Tebrisi scholiastes de praestantia moallakae Amrui ben kelthum, loc. cit. p. 39. haec habet:

قال ابو عبيدة اجود الشعرا في قصيدة واحدة جيدة طويلة ثلاثة نفر عمرو بن كلثوم وحارث بن حلزة وطارفة بن العبد

Id est: Dixit Abu obeida: Qui nobilissimos poetarum se esse probarunt carmine uno, nobili, longo, tres fuere, Amru ben kelthum, et Hareth ben hillesa, et Tarafa ben el abd."

Metrum Moallakae Amrui ben kelthum ex iis est, quae pertinent ad genus, cui nomen البحر الوافر, id est: mare exuberans. Carminis versus sunt senarii, quibus Arudha katfata et Dharba katfata, quo fit ut versus integri pedes hi sint:

مفاعلتن مفاعلتن فعولن   مفاعلتن مفاعلتن فعولن

Quae, si, quantum fieri potest, Occidentalium notis metricis utimur, exprimenda ita:

– – ⏑   – ⏑ ⏑ – ⏑   – ⏑ ⏑ – ⏑   – – ⏑   – ⏑ ⏑ – ⏑   – ⏑ ⏑ – ⏑

Sed integri huius generis versus non occurrunt in Moallaka nisi perrari; versus fere omnes sunt asbati, in quibus auctor aliquos pedum مفاعلتن – ⏑ ⏑ – ⏑ mutavit in مفاعيلن – – – ⏑. Versus primus,

الاهبي بصحنكفاص بحينا   ولاتبقي خموالان درينا

مفاعيلن مفاعلتن فعولن   مفاعيلن مفاعيلن فعولن

In versu 25. omnes pedes مفاعلتن mutati sunt in مفاعيلن; scandendus enim est ita:

وايام لناغر طوال   عصينالمل كفيهاان ندينا

مفاعيلن مفاعيلن فعولن   مفاعيلن مفاعيلن فعولن

Notae

in vitam Amrui ben kelthum, e libro Kitâb el agâni depromptam.

Pag. 2. lin. 19. Verba auctoris: رجل من بني تغلب ثم من بني عتاب i. e. "Vir e Taglebitis, dein ex Attabitis" vertimus: "Vir Taglabita, e familia Attâb oriundus." Nam auctor, qui iam prodidit nomen tribus, ex qua originem trahebat vir, voce ثم *deinde* declarat, se, ut accuratius scribat, etiam familiam, qua natus erat ille, indicaturum. Hanc in eiusmodi dictionibus esse significationem vocis ثم *deinde*, adparet e loco libri Kitâb el agâni in parte quarta obvio, et quidem in vita Scherichi ben el hareth Kenditae, ubi leguntur haec:

فلما شربت نظرت الي الجارية فاعجبتني فقلت من هذه فقالت ابنتي
فقلت ممن قالت زينب بنت حذير احدي نسا بني تميم ثم احدي نسا
بني حنظلة ثم احدي نسا بني طهية قلت افارغة ام مشغولة قالت بل
فارغة قلت اتزوجنيها قالت نعم ان كنت كفيا لها ولها عم فاقصده

Id est: "Cum bibissem, intuitus sum puellam, quae mihi placuit. Itaque dixi: Quaenam est haec? Respondit (vetula): Est filia mea. Dixi: Quanam ex gente est? Respondit illa: Haec est Seinab bint

hodeir, e mulieribus Temimitarum, deinde e mulieribus Handalitarum, denique e mulieribus Tuhajjitarum. Dixi: Utrum vacua est, an desponsa? Respondit: Minime; est vacua. Dixi: Dabisne mihi eam in matrimonium? Respondit: Imo etiam, si eius necessitatibus consulere potes; sed ei est patruus, quem adeas." Facile intellectu est, verba: "E mulieribus Temimitarum etc." significare: "Est e familia Tuhajjitarum, quae pertinet ad gentem Handalitarum, qui sunt ex Temimitis." Nam Tuhajja et Handala minores quaedam familiae gentis Temimitarum erant; vid. Meninski lexic. vol. 3. p. 649. et Eichhorn mon. ant. hist. Ar. tab. geneal. V. et pag. 95.

Pag. 2. lin. 12. In textu nostro edita sunt: ران يغيبها عنه, i. e. "ut ex eius conspectu eam auferret." In codice Parisiensi vero, sicut De Sacyus in exempli nostri margine adscripsit, exstant: ران تغنيها عنها, i. e. "ut eius vicem expleret" vel: ران يغبنها عنها, i. e. "ut eam cooperiret." Haec Michael Sabbâgh emendans mutavit in وان يغيبها عنه; neque male. Nam lectionem codicis Parisiensis impeditam reddit etiam verbum generis feminini, quod referendum est ad substantivum خادم.

Pag. 2. lin. 15. روالله ربيعة, i. e. "per Deum Rebiae!" Idolum رضا, Reda coluisse Rebiitas, tradit Pocockius, in spec. hist. Ar. p. 103. Sed praeterea multa Rebiitis fuerunt idola, quam ob rem quod numen invocaverit Mohalhel, probe cognitum non habemus. Etiam Christianismum in tribubus Rebiiticis floruisse, narrat Pocockius, loc. cit. p. 141.

Pag. 2. lin. 20. Verba: رفيه العَدد, i. e. "cui numerus," vel: رفيه العُدد, i. e. "cui copiae" vertimus: pollens robore. Illo epitheto, ut etiam verbis: رفيه العدد والشرف, i. e. "cui copiae et nobilitas" esse Arabum gentes insigniuntur, quae caeteras splendore et dignitate superabant. Frequentissime illis utitur Ebn koteiba in recensu tribuum Arabum; vid. Eichhorn mon. ant. hist. Ar. p. 96: واما يشكر فولد كعب بن يشكر; p. 127: واما كعب بن سعد ففيهم العدد وكنانة بن يشكر وحرب بن يشكر وفي كعب العدد والشرف; p. 90: واوس من مزينة الا انهم لبسوا من ولد عثمان وعددهم قليل

Pag. 3. lin. 4. Verba رقاصر اداب, quae suppeditat codex, vertimus: "vitiis carens" respicientes contextum. Verba tamen, ut nobis videtur, mendose scripta sunt; alias enim vocem رقاصر, i. e. im-

patens, carens, sequitur substantivum articulo instructum, ut in dictione, quem attulit Meninskius, قاصرة الطارف, i. e. demittens visum. Si codicis lectionem mutamus in قاصر الذاب, i. e. vituperii expers, metrum hemistichii quarti, quod ad genus البحر السريع pertinere videtur, cum metro hemistichii secundi omnino congruit.

Pag. 3. lin. 22. Vocem طُرَف vertimus: bellaria, pluralem eam putantes vocis طرفة, quae significat res novas gratasque, sicut flores et fructus.

Pag. 4. lin. 3. Vox: ذلاه est substantivum ذل: opprobrium, cui affixae sunt ا et ه, propter antecedentem interiectionem وا; vid. Sacy Gramm. part. 1. p. 405. 406.

Pag. 4. lin. 8. Hemistichium hoc est exordium Moallakae.

Pag. 4. lin. 12. 13. Versus hoc loco citatos in libro etymologico Ebn doreidi reperit etiam Reiskius, eosque attulit in prooemio ad Taraphae Moallakam, p. 35; exstant tamen ibi loco verborum عن مكرمة, verba عن كل مكرمة, et loco verborum يرونها ابدا verba يفاخرون بها. Vox يرنها in textu nostro rectius scribenda est يروونها, tanquam futurum verbi روي, allegavit dictum. Vox مسوم vel مسووم pro participio passivo verbi سأم habenda, cuius formam passivam lexica quidem non exhibent; supplenda forte in dictione integra vox عنه, ut in المتحدّث عنه, vid. Sacy Gram. part. 2. p. 155. Vocem كل, quae in hemistichio primo occurrit apud Reiskium, non solum non respuit, sed etiam postulat metrum; lectionem يفاخرون بها aeque ac يرونها ابدا ferre videtur. Quodsi particulam ل, vocibus الرجال et شعر praefixam, pro particula admirandi حرف التعجب habemus, efferenda est per Fatcham, et verba vertenda: "Proh homines, proh carmen etc." vid. Sacy Gramm. part. 1. pag. 359. part. 2. pag. 79. no. 140. Sed licet illam particulam habere pro particula auxilii implorandi حرف الاستغاثة; quod si placet, ل vocis الرجال efferenda est per Fatcham, quia praefixa est nomini eius, a quo auxilium petitur; ل vocis شعر vero efferenda per Kesram, quia praefixa est nomini eius, contra quem auxilium petitur; conf. Sacy Gram. part. 2. pag. 79., verba autem vertenda sunt ita:

"O viri! Auxilium ferte contra carmen, quod nunquam fastidio est!"

Pag. 4. lin. 15. Hemistichium secundum: "mingesne in loco, in quo concurrunt duo maria?" dictum proverbiale esse videtur, quod sibi vult: Non magis nocere potest satyra tribui Tagleb, quam si quis minxerit in loco, ubi concurrunt duo maria. Michael Sabbagh lectionem codicis Parisiensis البحران "duo maria" mutaverat in الاقران; quo iure, et quam ob causam, nescimus. Aegre tulit fortasse verbum تناطح "cornibus se invicem petere" hoc loco in describendo mari usurpatum, atque in mentem ei venit fabula, quae in libro Kelile we Dimne. Paris. 1816. p. 94. occurrit, de vulpecula quae, cum rupicapras cornibus inter se pugnantes adiisset, misere periit.

Pag. 5. lin. 3. El achthali versus citat etiam Hamsa, Rasmussen histor. praecip. arab. regn. p. 37. eosque perinde ac El isfahani illustat.

Pag. 5. lin. 7. Saepius inter Taglebitas et Temimitas exarsas esse inimicitias, colligere licet e versu Dscheririi Temimitae, qui extat in Reiske Tharaf Moallak. p. 94:

قومي تميم هم القوم الذين هم ينفون تغلب عن بحبوحة الدار

"Gens mea sunt Temimitae, ea gens quae
Pepulit Taglebitas e medio domus!"

Et addit scholiastes: يقول طردناكم عن شرف نجد وقد كان منزلكم قبل حتي صرتم الي جنبات الفرات غير مختارين للمنزل. I. e. "Dicit: Pepulimus vos e locis sublimioribus Nedschdi, ubi antea fuerunt mansiones vestrae; atque iam adiistis ripas Euphratis, non sponte mansionem eligentes." Provinciam Nedschd terram esse clivosam tradit Abulfeda; vid. Rommel Abulfedea Arabiae descriptio. p. 80.

Pag. 5. lin. 8–12. Gens Kais ben thaalaba, secundum Ebn koteibam, pertinuit ad tribum Bekritarum; vid. Eichhorn monum. antiquiss. hist. arab. p. 130. ubi lin. 1. loco vocis قيش legendum est قيس, et tab. geneal. IX. Etiam Hanifitae vel Honeifitae, et Edschlitae, gentes Lodschaimiticae, e tribu Bekritarum erant; Eichhorn loc. cit. p. 128. et tab. geneal. IX. Hanifitas in Jemama, terra provinciae Nedschd confini, sedes habuisse, non solum hoc loco El isfahani tradit, sed etiam Abulfeda; vid. Rommel Abulf. Arab. descript. p. 84. 85. Hadsch oppidum Jemamae fuit, cuius incolas Hanifitas et Modharitas dicit Abulfeda loc. cit. p. 84. De gente Ssochaim, quae secundum El isfahanium, familia Hanifitica fuisse videtur, nulla prodit Ebn koteiba; conf. Eichhorn loc. cit. p. 128. et tab. geneal. IX; mentionem quidem facit viri, cui nomen شحيم vel سحيم, Scho-

chaim, Ssohaïm, loc. cit. p. 94; sed hic fuit ex Handalitis, gente Temimitica, eiusque posteros esse Ssochaimitas, de quibus agit El isfahani, rationi consentaneum non putamus. Verba اول من اتاه quae vertimus: "Quos adiit Amru primos," etiam vertere licet: "Qui adierunt Amruum primi."

Pag. 5. lin. 17. et 20. Hic versus superbiam spirans, de quo cum Amruo ben kelthum expostulat Jesid ben amru, extat in Moallaka Amrui, isque in nostro libro sexagesimus sextus. Verba قصرا بحجر quae vertimus: castellum regionis Hadschr, potius vertenda: castellum urbis Hadschr, quia Hadschr hoc loco laudatum ex nostra sententia nil nisi oppidum Jemamae supra memoratum esse potest.

Pag. 6. lin. 1–3. Metrum carminis ex iis est, quae pertinent ad genus البحر الوافر, vel mare exuberans; versus sunt senarii asbati; conf. Clerici tractat. de prosod. arab. pag. 68. Prima huius carminis disticha paullo obscuriora nobis videntur; queri tamen putamus poetam in exordio carminis, sicut apud poetas Arabes in more positum est, de amica aliqua dilecta iam sibi relinquenda. Vocem حلالا, quae in hemistichio sexto occurrit, tanquam in خلالا mutandam, vertimus: amicos; at mutare hanc vocem non plane necesse. Nam حلال significat: homines qui alicubi descenderunt, et deinde: tribum magnam, numero pollentem, ut adparet ex iis quae ad illustrandum Sohairii Moallakae versum trigesimum quartum scripserunt scholiastae, Rosenmüller Zohairi carmen, p. 54: قوله لحي حلالا, قيل هو الحي العظيم, i. e.: "verba auctoris لحي حلالا dicunt significare: tribum magnam." et: الحي الحلال الكثيرون قال اهل اللغة يقال حي حلال اذا نزل بعضهم قريبا من بعض i. e. "tribus حلال est numero pollens; dicunt philologi: dicitur tribus حلال, si alii eorum castra ponunt prope ab aliis. "Itaque verba Amrui ben kelthum اتيا حلالا vertere licet: accedens ad tribum magnam."

Pag. 6. lin. 4. Verba غداة نطاع diluculo Nethaae, vel, die Nethaae, significare putamus: ea die qua in loco, cui nomen Nethaae, proelium commissum est; dies enim proelia dicere Arabes, liquet. Vox غداة inprimis quidem diluculum, tempus matutinum significat, deinde vero etiam dies, atque tempus ita dici videtur; in Moallakae Amrui versu 79. extat: غداة الروع, i. e.: die terroris, vel die proelii. Plures in Jemama, quibus nomen fuit Nethaae, extitisse locos lucu-

lenter docet Firusabâdi in libro Kamûs his verbis: قطاع القوم بالكسر خيامهم وارضهم وكقطام وكتاب بلدة بالبحرين لبني زراح بالتثليث موضع وكغراب ماء وككتاب واد كلها باليمامة i. e.: "قطاع hominum, cum vocali Kesra, sunt eorum tentoria atque terra; eadem vox sicut قطام et كتاب pronunciata est nomen oppidi in provincia Bachrein siti, quod tenent Serachitae, et qualibet trium vocalium mota est nomen loci, sicut غراب pronunciata nomen fontis, et sicut كتاب pronunciata nomen vallis, qui omnes extant in Jemâma."

Pag. 6. lin. 19. Lectio codicis Parisiensis وان دناد كبتنا est sine dubio corrupta, atque mutanda forte in وان دنا وكبتنا; nam literas د et و in libris manuscriptis frequenter inter se permutari constat. Vox دنّا autem est pers. prim. plur. praeter. form. prim. verbi دان cum media radicali ي, quod secundum Golium etiam significat: subegit, vicit; ipse Firusabadi in libro Kamûs verbum دان dicit significare: القهر والغلبة والاستعلا والسلطان والملك والحكم i. e.: vim, victoriam, elationem, dominatum, regnum, imperium; et nomen دبان inde derivatum: القهار والقاضي والحاكم والسايس الحاسب i. e.: potentem, iudicem, principem, gubernatorem computantem; vid. Scheidii dissertat. ad cantic. Hiskiae. pag. 127—129. Vox دنّا occurrit in versu El fendi Semanitae, Schultens Exc. Ham. p. 320. ubi secundum Tebrisium vertenda est: rependimus nos. Metrum versuum Amrui pertinet ad genus البحر الوافر; versus sunt senarii sabati.

Pag. 7. lin. 4. Amru ben kelthum in hoc disticho tribum Taglebitarum non filium, sed filiam ابنة Wajeli dicit; fortasse quia apud Hebraeos et Arabes nomina gentium atque tribuum plerumque generis feminini sunt, vel pronomina verbaque feminina regunt; e. g. pag. 4. lin. 15. ما ضرّ تغلب وايل اهجوتها; pag. 6. lin. 3. وتغلب كلها; pag. 19. lin. 13. قد علمت معد. Cui haec non placent, ei putare licet, auctorem prae contemptu, et ad ridendum regem Taglebitas filiam dixisse Wajeli. Metrum pertinet ad genus البحر الطويل.

Pag. 7. lin. 6—9. Haec disticha, in quibus auctor facta quaedam nobis minus cognita respicere videtur, non satis bene capimus; patet tamen Amruum irridere ortum et mores Soleimae, regis El

noomani matris, quam aurifabri e gente Fadak oriundi, cui nomen Wajel ben athijje, filiam dicit Hamsa; Rasmussen histor. praecip. regn. Arab. pag. 38. Fertadsch nomen loci esse, tradit Meninskius; de Chobth vero, quod alias improbitatem significat, et tribu Nàdsch nihil certi nobis constat. In hemistichio octavo, loco vocis يلبوت legendum ينبوت, quod significat: siliquam Nabathaeam, id est plantam quandam spinosam, et pro נהללים posuit Rabbi Saadias Gaon, Ies. 7. v. 19.

Pag. 7. lin. 12. Etiam haec respicere videntur patrem Soleimae aurifabrum; يثربا est genitivus declinationis secundae, cum Elif metri et rhythmi causa affixo.

Pag. 7. lin. 20. Dictum قرب رجل خير من الف: saepe vir unus plus valet quam mille, occurrit etiam in dictis Aktami, quae ex libro Meidanii deprompsit et chrestomathiae arabicae inseruit Rosenmüller, pag. 12. ubi leguntur haec: ولرجل خير من الف رجل. Quae mox sequuntur apud El isfahanium ورد خير من خلف, cum voces الف et خلف homoeotelenton efficiant, ad ea quae praecedunt pertinere videntur; apud Meidanium tamen non extant. Voces رد et خلف tanquam nomina actionis vertimus verborum quae significant: repellere, negare, et: repugnare, deesse promissis. Sed an lectio sana, et versio recta sit dubitamus; nam nominibus actionis absolute positis adiici solet articulus ال, e. g. pag. 12. lin. 7. الصرم القطيعة والوشك السرعة; pag. 18. lin. 12. التراخي البعد والغشيان الاتيان. Itaque voces رد et خلف potius habendae sunt nomina substantiva, et loco vocis رد forte legendum ردء, quod clar. De Sacyus in margine codicis nostri adscripsit. Hac voce substituta, dictum verti potest: Auxilium vel auxiliator praestat prole. Loco vocis خلف legendum forte حلف: iusiurandum.

Pag. 8. lin. 1. Vox فعوا est imperativus verbi وعي; memoria retinuit, cum particula ف praefixa.

Notae

ad Moallakam Amrui ben Kelthum, et scholia Susenii.

Vers. 1. Auctor carmen auspicatur a describendo celebrandoque vino, quod veteres Arabum principes in deliciis habebant, eoque in carminibus suis frequentibus laudibus efferre solebant, et quidem inprimis ante stabilitum Islamismum. In Issae el mila celeberrimae cantatricis vita, quam libri in Kitab el agâni parti quartae inseruit El isfahani, Arabs quidam, cui nomen Saîd ben abd errachmân, veterum Arabum compotationes describit, fragrantibus floribus et suffimentis, magnifica supellectile, citharoedis et cantatricibus, aliisque eiusmodi voluptatibus opipare instructas, atque gratas, quibus invicem se exhilarabant convivae, laudat mores; denique addit:
ونحن يومئذ علي دين الشرك فجا الله بالاسلام فمحي به كل كفر وتركنا الخمر وما كره وانتم اليوم مسلمون تشربون هذا النبيذ من التمر والفضيخ من الزهر والرطب i. e.: Nos vero illo tempore sequebamur sacra ethnica; deinde advexit Deus islamismum eoque delevit omnem impietatem, atque missum fecimus vinum et detestabilia. Itaque iam Moslemi vos, et bibitis istam siceram ex dactylis confectam, zythumque e floribus virentibusque dactylis confectum."

De voce صحن in libri el mardsch ennadhir المرج النضير capite tertio, quod omnium quae apud Arabes ad vinum et compotationes spectant amplam exhibet descriptionem, haec dicit auctor Mohammed ben abi bekr el usjuthi cod. nostr. fol. 82.: الصحن القصير الجدار العريض وهو الجام i. e.: الصحن est depresso margine praeditus, amplus, qui etiam dicitur جام." Itaque صحن id fere esse videtur quod latine dicitur patina.

Ex multis quae ad potationem matutinam Arabibus usitatam spectantia in libro laudato affert El usjuthi, haec referre nobis liceat:

انما سمي الصبوح صبوحا بطلوع الصبح وكل شرب في اول النهار قبل انتصافه فهو صبوح وانما اكثر الشعرا في الصبوح دون غيره من الاوقات لما حث عليه المتقدمون من الملوك وغيرهم ولقابلية الخاطر وخلو الفكر اذذاك من الانكار والعوارض والحوادث ولان المصطبحون يسبقون من تعذلهم قبل ان يغدو عليهم لان من شان العاذل ان يغدو علي من يريد عذاله علي ما فعل في امسه لان ذلك في وقت صحوه وافاقته من سكره

فيعظه عن معاودة مثل ما وقع فيه ويقرعه بزلة ان كانت منه في سكره فاستعملوا مسابقة عذالهم بمباكرة صبوحهم في الجاهلية والاسلام i. e.: Equidem dictus est potus matutinus صبوح ab exoriente diluculo صبح, omnisque potus qui prima die fit ante meridiem, est صبوح. Frequenter vero laudant poetae potum matutinum prae potu qui alio tempore fit, quia incitarunt ad eum veteres reges aliique, et quia vacuus est animus, neque cogitat tempore matutino de incommodis, infortuniis calamitatibusque, et quia prima luce bibentes praeveniunt vituperatorem, antequam mane invehatur in eos. Est enim mos vituperatori mane invehi in eum, quem vituperare vult ob ea quae egit pridie; quod cum fiat eo tempore quo ille redit ex crapula et ebrietate, hortatur eum ne revertatur ad ea in quae delapsus fuerat, et si aliquid peccavit ebrius, propter id convicio eum perstringit. Moliebantur autem praevenire vituperatores mane hauriendo potu tempore paganitatis et islamismi." vid. cod. nostr. fol. ٩٥.

El ender الاندر nomen esse pagi in Syria siti, milliari ab urbe Haleb distantis, secundum Golium, affirmat Dschauhari; Firusabadus, quod notatu dignum, vocem اندرون significare: viros ad bibendum congregatos, prodere videtur; conf. Sol. rad. ندر.

Vers. 2. Vox مشعشعة, i. e. mixtum, dilutum, ex multis illis, quas vinum significantes recenset El nejuthi in libro citato, cod. nostr. fol. 81. vers. una est. Ad illustrandum vocis usum auctor versus aliquot adposuit poetae, cui nomen Dik el dschin, ديک الجن; ex iis hic:

مشعشعة من كف ظبي كانما تناولها من خده فادارها

i. e.: Mixtum e manu capreoli, qui quasi
Sumsit id ex gena, deinque porrexit;

unde, sicut ex Amrui dictis, adparet vino mixto fuisse colorem rubicundum. De diluendo vino haec habet El nejuthi, cod. nostr. fol. 82. vers. ubi rex et sapiens de usu vini inter se colloquuntur: قال فالصرف اصلح ام الممزوج قال الصرف سلطان جابر والممزوج سلطان عادل والعادل مصلح والجابر مفسد i. e.: Dixit: utrum merum salutarius, an dilutum? Respondit; merum est rex saevus, et dilutum rex aequus; aequus sanat, saevus vero delet." Et infra: والصرف في الشتا انفع من الممزوج والممزوج في الصيف انفع من الصرف i. e.: merum tempore hie-

mali salutarius quam dilutum, dilutum vero tempore aestivo salutarius quam merum."

Vers. 3. Quantum secundum opinionem Arabum compotatio animo iniiciat hilaritatis, generositatis et intrepiditatis, fuse exponit El usjuthi loc. cit. fol. 82 vers. et fol. 83. Nos versum tantum Hassani ben thabet ibi laudatum referemus; est hic:

ونشربها فتتركنا ملوكا   وأسدا ما ينهنهنا اللقاء

i. e.: Bibimus id, redditque nos reges,
Leonesque, quos non terret conflictus."

Verbum ترك interdum significat: reddere aliquem, efficere aliquid; e. g. in libro Kelile we Dimne ed. Sacy. pag. 111. لقد تركتني اكره مجاورة شنزبه اياي i. e.: iam effecisti, ut oderim familiaritatem quae est Schensebae mecum."

Vers. 4. Vinum tanquam potum curas sordesque dispellentem laudat etiam Antara in Moallaka, ed. Menil. vers. 33., et Tharafa in Moallaka, ed. Reiske, vers. 50.

Vers. 5. De dirigendo poculi cursu haec affert El usjuthi, loc. cit. fol. 88. والساقي ادار الكاس عن يمينه فان الادب فيه موافقة سنة الاسلام لمذهب الجاهلية فاما سنته في الاسلام فمعلوم ذلك واما في الجاهلية فدلّ عليه قول عمرو بن كلثوم

صددت الكاس عنا امّ عمرو   وكان الكاس مجراها اليمينا
وما شرّ الثلاثة امّ عمرو   بصاحبك الذي لا تصبحينا

i. e.: pocillator dirigit cursum poculi dextrorsum; nam quod in hac re fert mos, id apud Moslemos perinde institutum est, ac fuit olim apud paganos. Apud Moslemos hoc more receptum esse constat; sed etiam apud paganos id receptum fuisse, adparet ex dictis Amrui ben kelthum:

Deflexisti poculum a nobis, o mater Amrui,
Licet poculi cursus dirigendus sit dextrorsum;
Haud est vilissimus trium, o mater Amrui,
Socius tuus, cui non propinas mane."

Lectio صددت, quae pro Susenii صبنت apud El usjuthium occurrit, extat etiam in codice Gothano, ubi in margine vero adscriptum est صبنت. Idem fere significant صددت et صبنت; sed صددت vocabulum est magis vulgare. Lectio تصعبينا pro تصبحينا nil nisi mendum librarii.

Ceterum vers. 5. et 6. factum aliquod minus nobis cognitum respicere videntur, arguuntque aliquid inimicitiae Amruo ben kelthum cum regis Hirensis matre intercedentis. Nam mater Amrui, cuius mentionem hic facit auctor, est fortasse Hend, mater Amrui regis Hirensis, ac auctore interfecti.

Vers. 6. De numero compotorum ad epulas adciendorum haec tradit El usjuthi, loc. cit. fol. 85. واما عددهم فالارا مختلفة في ذلك والذي دار عليه كلام جماعة من اهل الفن ان الاحسن اربعة وقال ابن الطليق الثقفي ولا خير في الندمان الا ثلاثة سوا كامثال الاثافي للقدروقال اخر

ثلاثة منحتهم صفاي   كانهم كواكب الجوزا

اراد ثلاثة وهو رابعهم وقال اخر

لن المعاقر كاسه متفردا   من صحبه نكس لبيم ارجس
واثنان يشتد الندام عليهما   وثلاثة بهم يطيب المجلس

ولقد يلذ حديث اربعة لهم   فيطيب مجلسهم معا والانفس .

i. e.: Quod vero adtinet ad numerum eorum, in eo sententiae inter se discrepant. Verba tamen multorum virorum doctorum declarant, optimum numerum esse quatuor. Ebn el thalîk ettakfi vero dicit: non grati compotores nisi tres, ad instar pedum ollae. Dixit alius:

Tribus dedi limpidum,   Quasi stellis Orionis.

Sibi vult tres, et se ipsum quartum. Dixit alius:

Quicunque exhaurit poculum suum semotus
A sociis, miser est, vilis et sordidus.
Duobus molesta est compotatio;
Tribus sane iucundus consessus.
Suavis confabulatio quatuor viris,
Quorum laeti consessus et animi."

Vers. 7. Nomen urbis Baalbek, tanquam nomen proprium compositum, arabice scribere licet et بَعْلَبَكُّ et بَعْلَبَكَّ; conf. Sacy Gramm. part. 1. pag. 299. Secundum, quod usitatius esse videtur, est nomen declinationis secundae; itaque in genitivo sonat بَعْلَبَكَّ, sicut in textu nostro typis impressum est. Sed cum tertius hemistichii pes esse debeat فعولن, metro flagitante legendum potius بَعْلَبَكٍّ, sicut scriptum est in codice Sabbaghii. Et quidem ita legere licet, quia fas est poetis nomen declinationis secundae, quod Arabes dicunt

ما لا ينصرف, flagitante metro habere pro nomine declinationis primae. Celeberrimus Arabum philologus Hariri in operis grammatici, quod ملحة الاعراب inscriptum est, capite penultimo de hac re ita disserit:

وجائز في صنعة الشعر الصلف ان يصرف الشاعر ما لا ينصرف

قد ذكرنا ان الاصل في الاسما الصرف وانما ترك صرف شي منها لسبب وجد فيه فاذا اضطر الشاعر لاجل اقامة الوزن الي صرف ما لا ينصرف جاز كقول الشاعر

كان دنانير علي قسماتهم وان كان قد شفّ الوجوه لقا

نصرف دنانير التي لا تنصرف في الكلام فاما ترك صرف ما ينصرف لا يجوز له عند سيبويه وان كان قد اجازه الكوفيون والفرق بين الموضعين انه اذا صُرف ما لا ينصرف فقد رُدّ الاسم الي اصله واذا تُرك صرف ما ينصرف فقد غُيّر الشي عن اصله

I. e.: "Licet in componendo carmine aliquid insolitum,
Nempe declinare poetam id quod non declinatur.

Iam diximus, proprium esse nominum declinari, omittique declinationem alicuius nominis modo ob aliquam causam in eo ipso exstantem. Si vero poeta, qui metrum servare vult, eo cogitur ut declinet quod alias non declinatur, hoc licitum est; sicut in hoc versu poetae:

كان دنانير علي قسماتهم وان كان قد شفّ الوجوه لقا

Hic declinavit vocem دنانير quae non declinatur in sermone vulgari. Sed non declinare id quod declinatur, non licet ei secundum Sibujam, quamvis hoc concesserint Cufitae. Discrimen, quod inter utrumque casum intercedit, hoc est: si declinatur quod non declinandum, redditur nomini conditio sua primitiva; si vero non declinatur quod declinandum, abalienatur vox a conditione sua primitiva." Videtur in versu ab Haririo citato pronuntiandum دنانيرُ; alias enim haec vox est declinationis secundae.

Si urbis nomen ponimus بَعْلَبَكُّ, sine licentia poetica salvoque nihilominus metro, legere licet بَعْلَبَكَّ; conf. Sacy Gramm. loc. cit.

In hemistichio secundo voces دمشّق قاصرينا fert metrum, efficiunt enim pedes مفاعيلن فعولن. At in codice Gothano scriptum دمشّق وقاصرينا quod, cum efficiat pedes مفاعلتن فعولن, equidem fert metrum. Et concinnior fere haec lectio; nomen urbis Damasci tanquam secundae declinationis nomen exhibet Golius. Urbis Kasserûni vel Kasserîni situs non innotuit nobis; Meninskius Kasrân oppidum Iracae Persicae dicit.

Vers 8. Pro مُقَدَّرَةٌ in codice Gothano extat مُقَدَّرَةً, quod scribere equidem fas; nam accusativus in eo, sicut Arabes dicunt, positus est علي الحال i. e. ad exprimendam aliquam conditionem; itaque مُقَدَّرَةً significat: tanquam destinata.

Vers 9. Transit auctor more arabico ad querendum amicae discessum, pulcritudinemque amicae celebrandum. Vocem ظُعَيْنَةٌ truncando mutavit in ظعينَ, secundum regulam ترخيم المنادي, i. e. truncandi nominis in casu vocativo positi, de qua egit De Sacyus in Gram. part. 2. pag. 78. Deinde vocem ظعينَ mutavit in ظعينا saturando, i. est per licentiam poëticam quae dicitur اشباع saturatio; vid. Sacy loc. cit. pag. 374. De hac licentia Haririus in Molhat el Iirâb tradit haec: ويجوز له اشباع حركة الاعراب حتي تصير الحركة حرفا, i. e.: et licet ei saturare vocalem declinationis ita, ut vocalis fiat litera." Mutavit auctor ظعينَ in ظعينا eo consilio, ut metrum servaret, quod in fine hemistichii pedem فعولن requirit. Utramque mutationem breviter indicat codex Gothanus his verbis: اصله ظعينة فرخمه واشبع, i. e.: primitivum est ظعينة, quod truncavit et saturavit. Susenius sibi velle videtur, vocem ظعينة primo quidem significare: mulierem pilento vectam, deinde vero etiam feminam qualemcunque.

Vers. 10. Pro نَسْأَلْكَ potius scribendum نَسْأَلُكَ i. e. futurum dschesmatum vel conditionale, quod extat in codice Gothano. Nam metrum requirit pedem مفاعيلن, et propositio conditionalis futurum

conditionale, sicut in verbis قفا نبك, i. e. subsistite, ut ploremus; vid. Sacy Gram. part. 1. pag. 135 - 137; part. 2. pag. 33. Hartmannus, fortassis Jonesium sequens, in Moallakarum versione germanica verba: هل احدثت صرما لوشك البين vertit: Utrum destitisti a festinato discessu, "ob du deinen Vorsatz schnell abzureisen geändert." Sed nostram versionem veram esse, adparet inprimis, ut nobis videtur, ex verbis Susenii: هل دعتك سرعة الفراق الي القطيعة او الي الخيانة في مودة utrum suadeat "tibi" subitus discessus alienationem, an perfidiam in amando.

Vers. 11. Verba الكف الخضيب, i. e. manus tincta, quae Susenius citat tanquam exemplum nominis adiectivi formae فعيل quod in utroque genere idem est, significant stellam quandam lucidam signi Cassiopeae, quod Arabes dicunt ذات الكرسي, i. e. insidens sellae. El kaswini de eo haec tradit: وشبهت العرب تلك الكواكب بيد مبسوطة والكواكب النيرة منها بانامل مخضوبة i. e. Compararunt Arabes illas stellas manui expansae, earumque lucidiores digitis tinctis." vid. Ideler Untersuchungen über die Sternnamen. pag. 81. 84. 382. Solent in Oriente feminae colore flavo vel purpureo manus inficere.

Vers. 12. In nota Susenii post vocem علمك addenda est vox به, quam flagitat verbum يحيط. In codice nostro Sabbaghiano deest etiam vox لما.

Vers. 13. Pronomen quod extat in voce تريك, spectat ad aliquem itineris comitem, quocum auctor, iuxta Poetarum Arabum morem, de suis rebus confabulatur; vid. Reiske Tharaf. not. pag. 43; et Susenii notam ad Amri elkaisii Moallakae versum primum.

Vers 14. Pro هجانٍ legendum هجانِ, quia hoc nomen adiectivum pertinet ad nomen عيطل. Puellae lacertos armis cameli comparat auctor. Hunc versum in codice nostro Sabbaghiano excipit hic:

الي ليلي يعاتبني ابوها   واخوتها وكانوا ظالمينا

Quae, cum a Susenio ne ullo quidem verbo illustrata, a contextu versuum vero prorsus aliena sint, neque in codice Gothano extent, neque in versione germanica Hartmanni, spuria esse censemus, et a Sabbaghio vel alio librario in errorem rapto carmini inserta.

Vers 15. Pro nomine singulari ثَدْيًا legendum forte plurale ثُدِيًّا vel ثَدْيًا, quia nomen حُقّ, cui illud comparat auctor, plurale est. Pluralis vocis ثَدْي secundum grammaticos et lexicographos quidem est ثُدِيّ et ثِدِيّ; at cum poetis liceat تخفيف, i. e. servandi metri causa aliquam literam vel vocalem adiicere, eadem ratione etiam ثُدِيّ in ثُدْيِ mutari posse putamus; vid. Sacy Gram. part. 2. pag. 372. 373; ثُدِيًّا vero non fert metrum. Pro حصانا in codice Gothano scriptum est حَصانا, nomen singulare, quod secundum Golium pudicam mulierem significat; sed praestat ei حصانا, plurale formae فعال derivatum a singulari formae فعيل, nempe a voce حصين munitus, sicut شراف a شريف; vid. Sacy Gram. part. 1. pag. 264.

Vers. 16. Verbis بما ولينا, i. e.: cum eo quod nos tangit, significari videtur aut vultus, aut pectus, aut alia corporis pars, quae auctorem, cum amplecteretur amicam, contingebat. In codice Gothano pro سمقت وطالت scriptum est اطلت ولانت, quod metrum non recusat, et يلينا pro ولينا.

Vers. 17. Pro الماكمة والمامكة legendum forte الماكم والماكمة.

Vers. 18. Vocem بلنط, quae secundum Susenium significat: ebur, Golius, vertit: lapidem marmori similem. Pro خشاش, quod tanquam meliorem lectionem ex alio codice Parisiensi sumptam in margine adscripsit De Sacyus, in codice Sabbaghiano extat حشاش, quod sensum commodum non fundit. In codice Gothano versus deest.

Vers. 19. In codice Gothano vers. 19. 20. 21. 22. et vers. 12. ita dispositi: 21. 22. 12. 19. 20; hic versuum ordo ad carminis contextum satis accommodatus nobis videtur. Similis extat in versione germanica Hartmanni, nempe: 21. 22. 19. 20. 12. Scholiastes verba, quibus Arabes varias camelorum aetates significant, comparat cum verbis, quibus hominum aetates significantur.

Vers. 21. Pro تذكرت الصبي in codice Gothano scriptum est: وراجعت الصبا, quod neque a metro, neque a contextu abhorret. Vocem حمول eiusdem codicis scholion vertit: اثقال, i. e. sarcinas.

Vers. 22. Corani dictum, quod ad illustrandam significationem verbi عرض citat scholiastes, legitur in editione Hinckelmanni sur. 18 v. 100. Monet Susenius, verba عرض et كبّ sola esse, quarum formae primae significatio transitiva, formae quartae vero significatio est intransitiva, praeter verborum arabicorum naturam.

Vers. 23. Sermonibus amatoriis missis, ad verum propositum iam transit poeta, celebrandam nempe Taglebitarum gloriam atque virtutem. Regem, quem nomine Abu hend adpellat, esse Amruum ben hend, pro certo habemus, licet re vera Amruus non pater sed filius fuit Hendae. Vox ابو, quando in cognominibus quae dicuntur كنية occurrit, non semper *verum patrem* significare videtur; conf. Sacy Grammat. part. 2. pag. 43. Scholion codicis Gothani tradit, virum, quem Abu hend dixit poeta, esse Amruum abul mondsar, quod forte scriptum est pro Amru ebn el mondsar. Pro انظرنا in alio codice Parisiensi extat امهلنا, quod idem significat.

Vers. 25. De genitivo وايام duplicem sententiam fert scholion codicis Gothani; habet haec: بالجرّ عطف على بانا او الواو واو ربّ وهو الاظهر i. e.: Per genitivum iuncta est vox cum بانا; aut waw est waw vocis ربّ, quod evidentius." De waw vocis ربّ egit De Sacyus, in grammat. part. 1. pag. 367. Susenius amplexus est sententiam primam. Antecedens مضاف, quod secundum grammaticos Basricos abest in dictione ان نعصين, est كراهية.

Vers 26. Pro توّجوه in codice Gothano scriptum est عصّبوه, quod idem fere significat. Vocem مُجحرين vertimus: protegentes, quia scholiastes tradit, verbum احجر significare id quod الجاء; الجاء vero secundum Golium significat: fugavit, et: protexit, immunem servavit عصم. Sed loco participii activi مُجحَرين malumus legere

participium passivum مُجْحَرِين, fugatos; itaque vertendum: qui tuebatur fugatos.

Vers. 27. Pro عاكفة in margine codicis Gothani scriptum عاطفة, sed male, ut nobis videtur.

Vers. 28. Vox شامات pluralis esse videtur vocis شامة, quo nomine شام Syriam adpellant Arabes; pluralis ille occurrit apud Freytagium in libro: Selecta ex historia Halebi. p. 47.; conf. quae de nomine شام disserit Abulfeda, in Köhler Abulf. tabul. Syriae, pag. 6. Meninskius شامة etiam montis nomen esse, tradit. Locum Deu Thoīuch, ubi proelium commissum quo Bekritas vicerunt Jarbuitae, commemorat Rasmussen hist. praec. Ar. regn. p. 101.

Vers. 29. Hunc versum citavit Schultensius in epistol. 1. ad Menckenium, pag. 125. adiecitque scholion Tebrisii versum spectans: هو تمثيل اي اذهبنا شوكتهم فصاروا بمنزلة هذه الشجرة التي قلعت اغصانها i. e.: Hoc est allegoria, atque significat: destruximus eorum vim, ita ut redierint ad conditionem illius arboris, cui revulsi sint rami."

Vers. 30. Pro ننقل transferimus, admovemus, in alio codice Parisiensi sicut in cod. goth. scriptum est تنقل admovetur. Verba scholiastae وهي معظمها, quae vertimus: quae est maxima, forte vertenda sunt: haec est usitatior significatio; nam معظم maiorem et potiorem rei partem significat. Hunc versum cum mox sequente attulit Rosenmüller in editione Moallakae Sohairi, pag. 36.

Vers. 31. Hunc versum in codice gothano excipit alius, qui neque in codice Sabbaghiano, neque in versione germanica Hartmanni extat; est hic:

شربنا من دما بني تميم   باطراف القنا حتي روينا

i. e.: Hausimus e sanguine Temimitarum
Extremis hastis, donec expleti essemus.

In margine codicis scholiastes adscripsit haec: هذا البيت لم يثبت هنا في الشروح واغفله الفاكهي تبعا لهم وسمعته من كثيرين i. e.: hic versus non extat hoc loco in commentariis, omisitque eum El fakehi secutus illos; sed audivi eum ex ore multorum." Verbum شرب, cum in

versu iunctam sibi habeat praepositionem ب, vertendum forte tanquam transitivum, bibere dare, rigare; rigavimus hastas, donec potu expletae essent.

Vers. 32. Susenius sibi vult, particulam إن hoc loco idem significare quod كراهية et لكيلا. Hic versus cum mox sequente citatus est a Willmetio in Menil Moallak. Antar. pag. 242. In cod. gothano uterque hoc loco deest; occurrunt tamen infra.

Vers. 35. Hunc versum citat Schultensius, in Excerpt. Hamas. pag. 353; ubi vero, sicut in codice goth. pro الناس scriptum est الصف acies; non male.

Vers. 36. Vox قنا proprie significat cannas, et deinde hastas, quia ex cannis hastas conficiebant Arabes. Hanc ob causam dicit scholiastes: لان سمرتها دالة علي نضج نبيها, quia color earum fuscus testatur plantas adultas; id est, color fuscus hastarum cannas, e quibus confectae sunt hastae, non nimis molles tenuesve sed adultas maturasque fuisse, arguit. Versum citavit Schultensius, Excerpt. Hamas. p. 353. ubi vero scriptum est القنا pro قنا, et ببض pro ببيض, utraque lectio est mendum, quod metrum et contextus respuunt.

Vers. 37. In codice gothano pro كان جماجم extat تخال جماجم, i. e. „putares crania" quod metrum et contextus ferunt.

Vers. 38. Versum citavit Schultensius, Excerpt. Hamas. p. 353. ubi vero pro تختلب الرقاب scriptum est وتخلبها الرقاب: tanquam pabulum iis largimur colla; in codice gothano extat: وتخلبها الرجال tanquam pabulum iis largimur viros." Schultensius vocem ultimam فيختلينا, vel sicut ipse scripsit فتختلينا, vertit: quibus pascant se; at Susenius rectius, ut nobis videtur, monet eam significare فينقطعن i. e. itaque succiduntur. Forte sunt qui verba فيختلينا et فينقطعن tanquam activa vertenda esse censeant; nam Golius formae octavae verbi خلا significationem activam tribuit, et Susenius dicit الاختلا esse قطع الخلا. Sed etiam scholiastes codicis Gothani significationem passivam probavit; adscripsit enim in margine: اي نجعل الرقاب للسيوف كالخلا اي الحشيش اي نقطعها فتنقطع: id est: tradimus colla gladiis tanquam خلا, id est herbam; id est, succidimus ea, atque succiduntur."

Vers. 39. In nota Susenii alius codex Parisiensis loco يغشو exhibet يغشو اثارة.

Vers. 40. Vox دونه, quae significare potest: infra eam, et: praeter eam, an recte a nobis versa sit, dubitamus.

Vers. 41. Verbis من يلينا adscripsit scholiastes gothanus من الموالي والجيران i. e. e nnmero amicorum et vicinorum."

Vers. 42. Pro نجدّ in margine codicis gothani scriptum est نخرّ i. e. confidimus.

Vers. 43. Scripsimus مخاريقُ, grammaticos secuti; vid. Sacy Gram. p. 1. pag. 274. Sed, ut metrum sanum sit, legendum مخاريقٌ, sicut scriptum est in codice Sabbaghiano; requirit enim metrum hoc loco pedem مفاعيلن. Iam supra diximus, fas esse poetis, metri servandi causa nomen declinationis secundae habere pro nomine declinationis primae; conf. Sacy Gram. P. II. pag. 373. Adscripsit scholiastes gothanus: قيل وصف سيوفه وسيوف اعدايه ولهذا تسمي هذه المعلقة المنصفة i. e.: Dicunt: descripsit gladios suos et gladios inimicorum, eoque dicta est haec Moallaka المنصفة dirimens ex aequo." Idem retulit Reiske, Tharaf. Moall. prooem. p. 41., versum Amrui vero male interpretatus est.

Vers. 44. Vocem ارجوان explicat scholiastes goth. verbis صبغ احمر i. e. color ruber. Pro منا ومنهم in alio codice Parisiensi extat فينا وفيهم. In codice goth. hunc versum excipit alius, qui neque in codice nostro, neque in versione germanica extat. est hic:

فلم تسمع لوقع السيف الا   تغمغما او ينهدا او انينا

i. e.: Neque audisti feriente gladio nisi
Clamorem, aut ferociam, aut gemitum.

In margine scriptum est: هذا البيت لم يشرحوه ولم يثبتوه i. e. hunc versum nec illustrarunt nec scripserunt." Versum spurium putamus; metrum hemistichii secundi non sanum est.

Vers. 46. Vocem حدّ illustravit scholiastes gothan. adscripta voce سلاح, arma, et vocem سابقينا verbis الي القتال, ad proelium.

Vocem احساب, quae in nota Susenii occurrit, vertimus: familiares; quia حسب, secundum Meninskium, etiam significat: tribum, familiam; alias احساب significat: virtutes, gloriam.

Vers. 47. In cod. goth. scriptum est بفتيان pro بشبان, et في اللقا pro في الحروب, quae neque sensum, neque metrum turbant.

Vers. 48. Scholiastes gothanus primum hemistichium spectantia adscripsit haec: اي اسوقهم وادعوهم للمقارعة: id est: impello eos et excitò ad certamen;" verbum حدي enim significat: impellere. De voce حديا varia profert scholiastes; primo, sicut Susenius, eam esse تصغير nominis actionis حدو dicit; dein addit: او حديا اسم فعل في موضع نصب بنصبنا اي نصبنا متحدين حديا الناس او حديا من تحديت قصدت واستغرب هذا .·. فاكهي i. e. aut est حديا nomen verbi in casu accusativo propter vocem نصبنا, atque sensus est: نصبنا متحدين حديا الناس; aut est حديا derivandum a verbo تحدي quod idem significat ac قصد; inusitatius tamen hoc; Fakehi." Susenius legisse videtur النَّاسُ كُلُّهم.

Vers. 49. Hemistichium secundum in codice scriptum est ita: فنصبح في مجالسنا ثبينا i. e.: fimus in consessibus nostris agmina."

Vers. 51. Verba من بني جشم, quae vertimus: a filiis Dschoschami ortus, etiam verti possunt: e numero filiorum Dschoschami.

Vers. 53. Dicta Corani, quae Susenius adlegat, extant in edit. Hinckelm. sur. 2. v. 14. et sur. 4. v. 141. Versus in cod. goth. carmen claudit.

Vers. 54. In cod. goth. hemistichium secundum sonat: يكون لخلفكم فيها قطينا, i. e.: fiet posteritatis vestrae in illis servus." Vocem خلف in margine illustrat sholiastes verbis الخلف بالفتح النسل i. e.: خلف cum Fatha significat progeniem." Dein addit, in aliis codicibus scriptum esse لقبلكم.

Vers. 55. Pro لنا in codice Gothano scriptum est بنا.

Vers. 56. In cod. goth. pro تُهَدِّدُنَا وَتُوعِدُنَا scriptum est تَهَدَّدَنَا وَأَوْعَدَنَا, quod in nota commemorat Susenius, dicitque

Arabum more اخبار i. e. narrationem, vel propositionem enuntiantem. Lectio contra, quae in textu nostro extat, est خطاب, i. e. adlocutio, vel propositio compellans.

Vers. 58. Voces زبونا et عشوزنة sunt accusativi علي الحال, i. e. quia exprimunt conditionem pronominis, quod latet in verbo وولت; itaque significant وهي عشوزنة زبون i. e. quae sunt durae et refractariae." Vocem عشوزنة scholiast. goth. illustrat verbis الناقة السيئة الخلق اوالشديدة الصلبة i. e. camela malae indolis, aut fortis, valida." In extrema notae linea Sabbaghius scripserat ومن تعرض لعدمة كعناد القناة, quod emendandum forte in ومن تعرض لعزتهم كنفار القناة. Lectionem a nobis in textu vulgatam alius prodidit codex Parisiensis.

Vers. 59. Vox غامز, qua in nota utitur Susenius, hoc loco id significare videtur quod متّقف. In cod. goth. scriptum est اتقفت vel اتقفت pro انقلبت, et تدق pro تفشج.

Vers. 60. Susenius de vera lectione vocis ينقص subdubitasse videtur; sed sive legas per ص, sive per ض, sensus satis commodus erit. In cod. goth. pro في جشم extat عن جشم.

Vers. 61. Exstitit illustris heros atque poeta Arabs Temimita, cui nomen Alkama ben abda علقمة بن عبدة, mentionem eius facit Ebn koteiba in libro Kitâb el meâref, vid. Eichhorn mon. ant. hist. Ar. p. 94. et p. 165; eius carmina exhibet codex moallakarum gothanus qui auctorem dicit علقمة ابن عبدة بن النعمان بن قتيم احد بني عبيد ابن قتيم وعبيد بن ربيعة بن مالك بن زيد مناة بن تميم at nomina قتيم et عبيد adeo male exarata, ut de vera eorum lectione dubitemus. Undecim carminum ab Alkama compositorum, quae in codice reperiuntur, primum est id, quo laudavit El harethum ben dschabala Ghassanidam; conf. Ebn koteiba, Eichhorn loc. cit. p. 165. Sed an Alkama ben abda Temimita idem sit ac Alkama ben seif, quem citat Amruus ben kelthum, dubitamus. Alii viri quibus fuit nomen Alkamae commemorantur Rasmussen hist. praecip. ar. regn. p. 110., Pococke spec. hist. ar. p. 70., Eichhorn mon. ant. hist. ar. p. 106. 108. Dictum coranicum, quod in nota adlegat Susenius, legitur sur. 56. vers. 85.

Vers. 62. Mohalhelum celeberrimum Taglebitarum principem scholiastes goth. in margine commemorat his verbis: مهلهل هو ابن

ربيعة صاحب حرب وايل اربعين سنة بدم اخيه كليب i. e. Mohalhel est filius Rebiae, et auctor belli Wajelitarum per quadraginta annos gesti, propter caedem eius fratris Kolaib." Sohairus in hoc versu citatus sine dubio est Sohair ben dschoscham, ex avis auctoris libri nostri pag. 1. recensitis.

Vers. 63. Attâb erat avus, Kelthûm vero pater auctoris.

Vers. 64. De viro, cui nomen Dsul borati, scholiastes gothanus in margine tradit haec: ذو البرة رجل من تغلب يسمي برة القنفذ كان علي اذنه شعر مستدير لقب به والبرة الحلقة او هو رجل قتل اخوه فخزم انفه بحلقة حديد والي ان لا ينزعها حتي يقتل قاتل اخيه وسبعة من ابنا ابيه فوفي بذلك فسمي ذا البرة i. e.: Dsul borat est vir Taglebita, qui dicebatur برة القنفذ; erant enim in eius aure pili in orbem dispositi, a quibus cognomen accepit, nam برة significat annulum; aut est vir qui, cum eius frater occisus esset, cinxit nasum annulo ferreo, iuravitque se illum non detracturum, donec interfectorem fratris septemque eius fratres occiderit. Promissis stetit, dictusque est "ذو البرة" i. e. annulatus.

Vers. 65. Kolaib Wajeli كليب وايل idem est ac Kolaib ben Wajel, vel a Wajelo originem ducens, frater Mohalhelis.

Vers. 66. Pro نعقد in cod. goth. scriptum est تعقد, atque hanc ob causam in nominativo قرينتنا, quae sensum non mutant.

Vers. 68. Chasâsa est nomen montis, in cuius vertice ignem accendere solebant Arabes, qua nocte suscipienda erat expeditio bellica; vid. Meninskium. Vox غداة i. e. tempus matutinum, significare etiam videtur in cursionem hostilem, sicut vox صباح, tempus matutinum, de qua egit clar. Freytag in libro: Selecta ex historia Halebi, pag. 145; ubi فرسان الصباح idem esse ac فرسان الغارة tradit auctor.

Vers. 69. De loco Dsu orâtha haec habet scholiastes gothanus: موضع حبسوا فيه ايلهم i. e.: locus, in quo constituerunt camelos."

Vers. 70. Bellum Nesaritarum Jemenitarumque, cuius mentionem facit Susenius, aut id est, ex nostra sententia, in quo Rebiah, pater Kolaibi, summus Maaditarum fuit dux, aut id in quo ipse Kolaib suorum dux Jemanitas profligarit; vid. Rasmussen hist. praec. Ar. regn. p. 110.

Vers. 73. Pro تعلموا scriptum est in cod. goth. تعرفوا.

Vers. 75. Loco vocis البِيْض, quae in cod. Sabbaghiano, atque in textu nostro extat, legenda est vox البَيْض, quam exhibet cod. goth., nam البِيْض significat: gladios, البَيْض vero: casaides. Etiam gladios terrae Jemen celebrant poetae, sicut Motenabbi, in Freytag selecta ex hist. Hal. p. 141. lin. 12. et Taabbatha scharran, Schultens Excerpt. Ham. p. 428.

Vers. 76. In cod. goth. non نطاق, sed نجاد scriptum est, quod balteum significat. Vocem دلاص scholiastes illustrat verbis لينة تزلّ عنها السيوف i. e.: levis, a qua delabuntur gladii."

Vers. 77. Loco verborum عن الابطال cod. goth. exhibet على الابطال,

Vers. 78. Pro يصنفها, quod scripsit Michael Sabbagh, legendum est تصفقها quod extat in cod. goth. Verbum خفّف apud grammaticos significat: spoliare vocem teschdido, vel vocali, atque in locum vocalis longae substituere brevem.

Vers. 79. Pro عرفن لنا in cod. goth. extat عرفن لها.

Vers. 80. Hic versus deest in cod. goth. Vox دوارعًا est licentia poëtica pro دوارع, quod alias requirunt leges grammaticae; vid. Sacy Gramm. part. 1. pag. 267.

Vers. 81. Pro voce ورثناهن in margine cod. goth. legitur عرفناهن, cui adiecta sunt verba يمعنا ورثناهن. Pro صُدق scriptum est صدق, quod in lexicis reperitur.

Vers. 82. In cod. goth. extat كرام pro حسان, et تفارق vel تغارق pro تقسم. Versuum qui ad mulieres spectant ordo in cod. goth. non idem atque in textu nostro; est enim apud Gothanum hic: 82. 88. 83. 84. 86. 87.

Vers. 83. Loco vocis كتايب in cod. goth. reperitur فوارس.

Vers. 84. Cod. goth. pro لتستلبن exhibet ليستلبن, et ابدانا pro افراسا; voci ابدانا adscriptum est الدروع i. e. loricae.

Vers. 85. Deest hic versus in cod. goth., contextum turbare videtur.

Vers. 86. In cod. goth. pro متون scriptum est عيون.

Vers. 87. Ibidem pro يقتن extat يقدن i. e.: ducunt;" in margine vero legitur يقتن. Hunc versum in cod. goth. excipit alius, qui deest in textu Suseniano; est hic

اذا لم نحمهن فلا بقينا لخير بعدهن فلا حيينا

i. e.: Nisi protegimus illas, non vivemus
Feliciter, iis amissis, neque valebimus."

Vers. 88. Vox ظعاين hoc loco simpliciter mulieres significare videtur; quam vocis significationem generaliorem exponit Susenius in nota ad vers. 9.

Vers. 91—93. desunt in cod. goth.

Vers. 94. In margine codicis goth. pro من معد scriptum est غير فخر.

Vers. 95. Extat in cod. goth. منعمون pro مطعمون, et اتينا i. e. petimur, pro ابتلينا.

Vers. 98. In cod. goth. pro وانا العاصمون legitur ونحن الحاكمون.

Vers. 100. Ad nomen بني طماح adscripsit scholiastes gothanus من وايل i. e.: e Wajelitis, et ad دعميا adscripsit: اسم لابن جديلة ابن اياد i. e.: nomen filii Dschodeilae ben ejâd." In stemmate Amrui ben kelthum, pag. 2. occurrit nomen Dschodeilae ben assad.

Vers. 101. Hunc versum in cod. goth. excipit hic:

نسما ظالمين وما ظلمنا ولا كنا سندي ظالمينا

i. e.: Dicimur opprimentes, neque opprimimur;
Sed non posthac dicemur opprimentes.

De vera lectione et versione hemistichii secundi dubitamus.

Vers. 102. Hunc versum in cod. goth. sequitur hic:

لنا العزّ القديم وكل حيٍّ لنا تبعٌ ولسنا تابعينا

i. e.: Nobis est gloria antiqua, quaelibetque tribus,
Nobis obtemperat; sed non obtemperamus nos.

In margine adscripta sunt haec: سقط هذا البيت فلم يشرحوه وهو ظاهر
i. e.: Excidit hic versus, neque explicarunt eum; est autem perspicuus."

Denique adscribere nobis liceat aliqua, quae ad omnium Moallakarum historiam pertinent, in prima codicis gothani pagina manu satis rudi exarata. Sunt quidem haec:

وفي حواشي المغني للسيوطي عن معوية بن ابي سفيان معلقة عمرو بن كلثوم والحرث ابن حلزة من مفاخر العرب وكانتا معلقتين بالكعبة دهرا وقال ابن الانباري وحماد الراوية هو الذي جمع السبع الطوال ونقله عبد القادر الفاكهي في شرح المعلقات وقال الخفاجي في درة الغواص في ترجمة حماد الراوية انه الذي جمع السبع المعلقات وسميت معلقات لانهم كانوا اذا انشدوا شعرا في مجامعهم يقول كبراوهم علقوه اشارة الي انه مما ينبغي ان يحفظ وما قيل من انها علقت في الكعبة لا اصل له كما قاله ابن النحاس ونقل الفاكهي ان عبارة ابن الانباري لم يثبت ما ذكره الناس في ان السبع الطوال كانت معلقة علي الكعبة

Id est:

In notis ad librum El mögni, quas scripsit Essojûthî, auctore Moawijja ben abi sofjân traduntur haec: Moallakae Amrui ben kelthûm et El harethi ben hillesa sunt e rebus de quibus gloriantur Arabes, fueruntque suspensae in Kaaba per aliquod tempus. Dicit autem Ebn el anbâri: Hamâd errâwije fuit is, qui collegit septem carmina longa; quod prodit Abd el kader el fakehi in explicatione Moallakarum. Dicitque El chafâdschi in libri Durret el ghawâss articulo Hamâd errâ-

wije, hunc fuisse eum, qui collegit septem Moallakas; dictae autem sunt Moallakae, i. e. suspensae, quia quotiescunque recitabant carmen in eorum consessibus, dicebant seniores: Suspendite id; ut significarent, hoc esse ex iis quae iuvaret servare. Quod vero dixerunt, nempe ea suspensa fuisse in Kaaba, hoc fundamento caret, sicut tradit Ebn ennachâs. Proditque El fakehi, sententiam Ebn el anbârii fuisse hanc: Vanum est quod narrârunt homines, nempe septem acrmina longa suspensa fuisse in Kaaba.

Die Moallaka
des Amru ben Kelthum.

Amru ben Kelthûm der Taglebite sprach, den Ruhm seines Stammes vertheidigend:

1. Wohlauf! Erwach'! geuß uns in deinen Becher,
Und spare nicht den Wein von Enderûn!
2. Gemischten Wein, in dem der Krokos schimmert,
Wenn unter ihn die warme Fluth sich mengt.
3. Er führt Betrübte von dem Gram hinweg,
Ward er geschlürft, so finden Ruhe sie.
4. Den Geizhals selbst siehst du, den gierigen,
Wenn jener kreis't, des Reichthums nicht mehr achten.
5. Von uns lenkt ab den Becher Amrus Mutter?
Da rechts doch soll des Bechers Umlauf gehn?
6. Der schlechtste Freund ist, Mutter Amrus, nicht
Von dreyen der, dem du den Trunk nicht reichst;
7. Schon manchen Kelch trank ich zu Balbek aus,
Und manchen zu Damask und Kässerûn.
8. Dereinst ereilt uns alle auch der Tod,
Beschieden uns, die wir beschiedne sind!

9. O weile noch, bevor wir scheiden, Weib,
So sag' ich dir, und du sagst mir, was wahr.
10. Verweil! ich frag' ob Trennung du beschlossen,
Schnell fliehend nun? Ob du betrogst den Treuen?
11. O Tag des Streits, des Schlagens und Durchbohrens,
An dem das Aug' erfreueten die Deinen.
12. Ein Pfand ist dir das Morgen und das Heut,
Das Uebermorgen auch für Dunkles nur.
13. Sie läßt dich schau'n, wenn du sie einsam findest,
Und sie vor Neiders Augen sicher ist,
14. Die Arme der Kameelkuh weiß, hochnackig,
Schneeweiß gefärbt, die nie noch Junge trug;
15. Und Brüste, Schaalen gleich von Elfenbein,
Zart, und bewahrt vor des Berührers Händen;
16. Die Lenden weich, hochaufgeschossen, schlank,
Die Hüften schwer aufhebend was uns nahte;

17. Dann das Gesäß, für das die Thür' zu enge,
Und Weichen die zum Thoren mich bethört;
18. Zwey Säulen auch von Elfenbein und Marmor,
An denen hell des Schmuckes Ringe tönen.
19. Gleich mir stöhnt nicht die Mutter des Kameels,
Die traurig brüllt, wenn sich ihr Kind verlohr,
20. Das greise Weib nicht dem sein Mißgeschicke,
Von neunen nur begrabne übrig ließ.
21. Wohl eingedenk der Liebe sehnt' ich mich,
Als ihre Thier' ich Abends wandern sah,
22. Und als Jemama von der Höh' erschien,
Den Schwerdtern gleich, die in der Helden Hand.

23. O Abuhend, nicht eile so mit uns!
Erwarte nur, daß wir dir Wahrheit melden.
24. Wir führen stets die Fahnen weiß hinaus,
Und bringen sie hochroth zurück, getränket.
25. Manch' edlen Streit und langen fochten wir,
Verweigernd es, dem Könige zu dienen;
26. Auf manchem Herrn des Volks, den sie gekrönt,
Mit Herrscherskranz, der Flüchtlinge beschirmt,
27. Verließen stehend unsre Rosse wir,
Den Zügel um, mit aufgehobnem Huf.
28. Wir schlugen auf das Zelt in dem tolüch,
Gen Syrien, abwehrend die uns drohten;
29. Des Stammes Hunde heulten zu uns auf,
Wir rissen ab die Dornen dem der nahte.
30. Wenn wir zu einem Volk den Mühlstein tragen,
So sind sie bald zermahlen im Gefecht;
31. Das Mehltuch liegt im Ost von Nedschd für sie,
Und ihre Körner werden alle Staub.
32. Ihr kehrtet ein in unser gastlich Haus;
Schnell deckten wir, damit ihr uns nicht zürntet;
33. Wir deckten euch, schnell brachten wir als Kost,
Am Morgenroth den Stein der euch zermalmet.
34. Den unsren schenken wir, und schonen sie,
Und tragen gern, was sie uns aufgelegt.
35. Wir schleudern hin, so lange fern die Männer,
Und schlagen mit dem Schwerdt, wenn sie genaht;
36. Mit braunem Speer des Chatters, welcher schlanke
Und biegsam ist, und mit den Klingen scharf;
37. Es gleichen dann der tapfren Männer Schädel,
Lastbündeln nur, die man auf Steine warf.
38. Mit jenen spalten wir der Feinde Haupt,
Sie mähen ab die Nacken, die hin sinken.
39. Haß folgt auf Haß stets wider dich, und ruft
Unheil hervor, das sonst verborgen war.

40. Ruhm erbten wir, wohl weiß es Maads Volk!
Wir strecken hin, auf daß er sichtbar werde.
41. So oft des Stammes Stangen hingestürzt
Auf das Geräth, beschützen wir die Nächsten;

42. Wir schlagen ab die Häupter ohn' Erbarmen,
Sie wissen nicht, was sie zu fürchten haben.
43. Ja, unser Schwerdt und auch das ihre scheint
Der Binde gleich, die in der Hand des Spielers:
44. Ja, unser Kleid und auch das ihre scheint
Gefärbt zu seyn mit Purpur und getränkt.
45. Wenn nun ein Stamm hinauszuziehn nicht wagt,
Voll Furcht vor dem, was sich ereignen will,
46. Dann stellen wir die Hügelgleichen auf
Voll Kraft, zum Schutz, und stürmen weit voran,
47. Mit Jünglingen, die Ruhm den Tod nur achten,
Mit Greisen die in Schlachten wohl bewährt.
48. Greift an! ihr Menschen, alle, insgesamt!
Wir wehren ab von unsren Söhnen eure.
49. Am Tage da für sie uns bangen muß,
Trennt sich in Häuflein, Rotten unsre Schaar:
